§ 4. Competit vero ipſis tanquam ſubſtantiis intelligentibus ſumma ſapientia, qua res plurimas cognoſcunt, *α.* & quod voluntatem attinet, ſanctitas eximia, quacum, qui boni ſunt, quod bonum eſt appetunt & malum averſantur. *β.* (*Angeli ſunt eſſentiæ ſpirituales creatæ à Deo ad imaginem ipſius in ſumma videlicet perfectione, ſapientia, juſtitia & ſanctitate. V. 2. Magna eſt bonorum angelorum perfectio, ſed quæ Dei perfectione multis modis eſt inferior; ſanctitas verò talis non eſt, ut eam cuiquam communicare poſſint, unde & opus redemtionis per-*

perficere non potuerunt. Sic ſapientia eſt ineffabilis, ſed ita tamen comparata, ut per cognitionem atque manifeſtationem myſteriorum Evangelii augeri atque perfici potuerit. V. 6. Præſcientia rerum futurarum, quippe ſoli Deo propria, Diabolis non competit, niſi quantum vel ex divina revelatione ipſis innoteſcit, vel ratiocinando aliquo modo conjiciunt; deinde neque cogitationes hominum à priori perſpiciunt. V. 16.

a. 2. Sam. XIV, 20. Mein Herr iſt weiſe, wie die Weißheit eines Engels GOttes.

Ephes. III, 10. Auf daß jetzt kund würde denen Fürſtenthümern und Herrſchafften in dem Himmel an der Gemeinde die mannigfaltige Weißheit GOttes.

β. Pſ. CIII, 20. Lobet den HErren, ihr ſeine Engel, ihr ſtarcken Helden, die ihr ſeinen Befehl ausrichtet.

Matth. XXV, 31. Wenn aber des Menſchen Sohn kommen wird in ſeiner Herrlichkeit, und alle heilige Engel mit ihm.

1. Petr. I, 12. Welches (von Chriſto) auch nun verkündiget iſt durch die, ſo euch das Evangelium verkündiget haben, durch den Heil. Geiſt vom Himmel geſandt, welches auch die Engel gelüſter zu ſehen.

§. 5. Adhæc competit Angelis potentia quædam inſignis cum mira conjuncta velocitate, qua magna operantur, *α.* tum & incorruptibilitas & hujusmodi duratio, quæ incho-

Tum & potentes velocesque & incorruptibiles in certo ordine.

ata

ata quidem fuit, ſed volente ita creatore nunquam finietur; β. ubi etiam quendam eſſe inter ipſos ordinem notamus gradusque adeo certos, quibus, cum ingens eorum numerus ſit, diſtincti tamen inter ſe atque differentes exiſtunt. γ. (*Sic potentia eorum magna quidem eſt, ita tamen limitata, ut potentia Dei omnibus modis ſit inferior. V. 6. Magna quidem eſt potentia daemonum, ſed Dei gubernatione ſic ligata, ut citra permiſſum ejus ne quidem in porcos graſſari poſſint. V. 7. Eſſe certos ordines angelorum inde patet, quod Scriptura Michaëlem nominat archangelum, unum de Principibus primis, Dan. X. 13. & alios appellitat thronos, alios dominationes, alios principatus, alios poteſtates. Col. I, 16. V. 7.*

α. Pſ. CIII. 20. Lobet den HErren, ihr ſeine Engel, ihr ſtarcken Helden.

Luc. XI, 21. Wenn ein ſtarcker gewapneter ſeinen Pallaſt bewahret, ſo bleibet das ſeine mit Frieden.

2. Theſſal. I, 7. Der HErr JEſus wird offenbar werden vom Himmel, ſammt den Engeln ſeiner Krafft.

β. Matth. XVIII, 10. Ihre (der Kinder) Engel im Himmel ſehen allezeit das Angeſicht meines Vaters im Himmel.

γ. Dan. VII, 10. Tauſend mahl tauſend dienen ihm, und zehen hundert mahl tauſend ſtehen vor ihm.

Coloſſ. I, 16. Durch ihn (den Sohn GOttes) iſt alles geſchaffen, das im Himmel und auf Erden

Erden ist, das sichtbare und unsichtbare, beyde die Thronen und Herrschafften, und Fürstenthümer und Obrigkeiten.

1. Petr. III, 22. Christus ist zur Rechten GOttes in den Himmel gefahren, und sind ihm unterthan die Engel und die Gewaltigen und die Kräfften.

§. 6. Statum Angelorum duplicem esse novimus, Originalem & Originalem secutum. Originalis is est, in quo recti & sanctitate præditi extiterunt, sic tamen, ut bonum & malum possent appetere *a*. (*Conditi sunt Angeli in libertate arbitrii sui boni sanè, sed ita, ut illa arbitrii sui libertate abuti & se ad malum inclinare potuerint. V. 4*)

STATUS. *Alius originalis, alius hunc secutus,*

a. Gen. I, 31. Und GOtt sahe an alles, was er gemacht hatte, und siehe da, es war sehr gut. Jud. v. 6. Die Engel, die ihr Fürstenthum nicht behielten, sondern verliessen ihre Behausung, hat er behalten zum Gericht des grossen Tages mit ewigen Banden in der Finsterniß.

§. 7. In statu, qui originalem secutus est, quidam in sanctitate sua perseverantes obedientiam perpetuam Deo præstiterunt & confirmati sunt in bono; *a*. quidam spontanea apostasia per superbiam & divini honoris affectationem, duce sine dubio principe quodam Diabolo, ita facti sunt mali, ut post horrendam status sui immuta-

hicque iterum alius bonorum, alius malorum.

mutationem paratos habeant in inferno suos cruciatus. β. (*Boni Angeli hodie dicuntur illi, qui bonitatem, ad quam initio fuerunt conditi, non modo retinuerunt, sed & in bono jam ita sunt confirmati, ut in æternum amplius non excidant. V. 5. Angeli mali sunt Spiritus à Deo in eadem, qua ceteri integritate, justitia, sanctitateque conditi; sed ab opifice suo libere aversi & hostes ipsius facti, atque ob hoc in æternam damnationem præcipitati ac concluſi V. 10. Diaboli non ex insita aliqua, sive concreata pravitate peccarunt, nec fatali impulsu aut Dei decreto aliquo impulsi, sed ex propriis peccavit Satanas, Joh. VIII, 4. V. 12. Traxit peccatum Diaboli ex abusu illius liberi arbitrii, in quo creatus fuerat, originem. Id arbitrium movebatur ab objecto, dum contemplatione, nimiaque admiratione Angelicæ dignitatis & excellentiæ deceptus indignum ratus est, si ullius pareret imperio. V. 13. Itaque reatum utique contraxit Diabolus. Nam hac ipsa sui ipsius admiratione obsequium creatori debitum solvere detrectans seipsum & alios quam plurimos in peccati societatem abreptos à Deo opifice avulsit. Sic ergo superbia peccatum Satanæ fuit, id quod vel inde constat, quod ex antiquo suo ingenio Protoplastis idem peccatum, nempe divinitatis assequendæ appetitum, instillavit. V. 14. Diaboli nullam prorsus habent spem redemtionis; neque enim ipsi satisfacere possunt pro peccatis suis; neque Christi etiam satisfactio ad illos pertinet, ut qui non angelos, sed*

semen

ſemen Abrahæ aſſumſit; neque ullum aliud redemtionis λύτρον pro Diabolis dari poteſt; proinde manent illi vinculis æternis ſub caligine inferorum reſervati. Et licet nunc quoque ſuas perſentiſcant pœnas, tamen longè atrociora ſupplicia in extremo die ſubire neceſſe habebunt. V. 18.)

α. Pſalm. CIII, 20. Lobet den HErrn, ihr ſeine Engel, ihr ſtarcken Helden, die ihr ſeinen Befehl ausrichtet.

Matth. VI, 10. Dein Wille geſchehe auf Erden, wie im Himmel,

Matth. XVIII, 10. Ihre (der Kinder) Engel ſehen allezeit das Angeſicht meines Vaters im Himmel.

1. Tim. V, 21. Ich bezeuge vor GOtt und dem HErrn JEſu, und denen auserwehlten Engeln, daß du ſolches halteſt.

β. 2. Petr. II, 4. GOtt hat der Engel, die geſündiget haben, nicht verſchonet, ſondern hat ſie mit Ketten der Finſterniß zur Hölle verſtoſſen und übergeben, daß ſie zum Gericht behalten werden.

Jud. v. 6. Die Engel, die ihr Fürſtenthum nicht behielten, ſondern verlieſſen ihre Behauſung, hat er behalten zum Gericht des groſſen Tages mit ewigen Banden in Finſternis.

Matth. XXV, 41. Gehet hin von mir, ihr Verfluchten, in das ewige Feuer, das bereitet iſt denen Teufeln und ſeinen Engeln.

OPERATIONES.

Boni Deum laudant & homines custodiunt.

§. 8. In isto statu boni in amore, laude atque servitio Dei jugiter sunt occupati, *α.* insuper custodiunt homines, non tantum singulos, sed ipsis etiam Hierarchicis Ordinibus serviunt, *β.* non tamen religioso ideo colendi cultu, *γ.* (*Angeli sunt essentiæ spirituales à Deo creatæ, ut Deo ministrent, & electos custodiant, ac tandem æterna felicitate perfruantur. V. 2. Officium eorum est, ut sine intermissione Deum celebrent, ut jussa ejus expediant, & hominibus voluntatem Dei annuncient, ut pro piorum salute excubias agant, ut post mortem piorum animas deportent in sinum Abrahæ, tandem ut in novissimo die Christo judici universorum adstent, & impios separent de medio justorum. V. 8. Non licet invocare aut adorare angelos; nam ipsimet cultum hunc sibi dependi serio detrectant. V. 9.*

α. Esa. VI, 3. Und einer rief zum andern: Heilig, heilig, heilig ist der HErr Zebaoth; alle Lande sind seiner Ehren voll.

Ps. CIII, 21. Lobet den HErrn alle seine Heerscharen, seine Diener, die ihr seinen Willen thut.

Ps. CIV, 4. Du machest deine Engel zu Winden, und deine Diener zu Feuerflammen.

β. Ps. XXXIV, 8. Der Engel des HErrn lagert sich um die her, die ihn fürchten, und hilfft ihnen aus.

Ps. XCI, 11. Er hat seinen Engeln befohlen über dir, daß sie dich behüten.

Ebr.

Ebr. 1, 14. Sind sie nicht allzumahl dienstbare Geister ausgesandt um derer willen, die ererben sollen die Seligkeit?

1. Corinth. XI, 10. Darum soll das Weib eine Macht auf dem Haupte haben, um der Engel willen.

Dan. X, 13. Der Fürst des Königreichs Persien hat mir ein und zwantzig Tage widerstanden, und siehe, Michael, der vornehmste Fürst einer, kam mir zu Hülffe, da behielt ich den Sieg bey dem Könige in Persien.

Matth. XVIII, 10. Ihre (der Kinder) Engel sehen allezeit das Angesicht meines Vaters im Himmel.

7. Apoc. XXII, 9. Siehe zu, thue es nicht, denn ich bin dein Mitknecht, und deiner Brüder der Propheten, und derer die da halten die Wort dieses Buches: Bete GOtt an. conf. Apoc. XIX, 10.

Matth. IV, 10. Du solt anbeten GOtt deinen HErrn, und ihm allein dienen.

§. 9. Mali contra, sicut Deo, quantum possunt, resistunt: α. ita ut homini etiam noceant, eundemque à Deo aversum in æternam damnationem secum trahant, magno labore nituntur. β. (*Diaboli ab opifice suo libere aversi & hostes ipsius facti sunt. V. 10. Malorum angelorum opera sunt contraria in omnibus studiis atque operibus bonorum angelorum. Nam Deum non laudant, sed calumniantur; jussa & voluntatem*

tem

tem Dei pervertunt, vel ſaltem, quo minus ab hominibus fiant, impediunt; curſum Evangelii inhibere ſtudent; piis inſidiantur; impiorum ſceleribus & æterna damnatione exultant. V. 15.

æ. Apoc. XII, 7. Es erhub ſich ein Streit im Himmel, Michael und ſeine Engel ſtritten mit dem Drachen, und der Drache ſtreit.

Rom. VIII, 7. Fleiſchlich geſinnet ſeyn iſt eine Feindſchafft wider GOtt.

ß. 1. Petr. V, 8. Seyd nüchtern und wachet; denn euer Widerſacher der Teufel gehet herum wie ein brüllender Löwe, und ſuchet, welchen er verſchlinge.

Joh. VIII, 44. Der Teufel iſt ein Mörder vom Anfang, und iſt nicht beſtanden in der Wahrheit,

Apoc. XII, 10. Weil der verworffen iſt, der ſie verklaget Tag und Nacht vor GOtt.

Luc. XXII, 31. Simon, Simon, ſiehe, der Satanas hat euer begehret, daß er euch möchte ſichten wie den Weitzen.

ARTICULUS V.
DE HOMINE INTEGRO.

Hominis integri Cauſſa efficiens §. 1. Materia ex qua §. 2. Partes conſtitutivæ §. 3. Felicitas §. 5. Finis §. 6.

§. 1.

CAUSA EFFICIENS, *Dei eſt.*

Hominis integri opifex Deus eſt trinunus, qui ex mera boni-

bonitate, ut reliquas creaturas alias, sic & hominem produxit. *a.*

a. Gen. I. 26, 27. Und GOtt sprach: Lasset uns Menschen machen, ein Bild, das uns gleich sey, die da herrschen über die Fische im Meer, und über die Vögel unter dem Himmel, und über das Vieh, und über die ganze Erde, und über alles Gewürme, das auf Erden kreucht. Und GOtt schuf den Menschen ihm zum Bilde, zum Bilde GOTTES schuff er ihn, und er schuf sie ein Männlein und Fräulein.

§. 2. Formatus verò homo fuit, quoad corpus, ex terræ pulvere, qui tum immediatæ Adami, tum mediatæ Evæ, ex costa Adami, creationi subjacet.

MATERIA EX QVA, *Terra fuit.*

Gen. II, 7. Und GOtt der HErr machte den Menschen aus einem Erden-Kloße, und bließ ihm ein den lebendigē Oden in die Nasen.

Gen. II, 22. Und GOtt der HErr bauete ein Weib aus der Riebe, die er von dem Menschen nahm, und brachte sie zu ihm.

§. 3. Constitit verò homo integer tum corpore non mortali, quod perpetuo poterat durare & manere liberum à passionibus & corruptione, *a.* tum anima imagine ornata Dei h. e. intellectus perfecta sapientia & luce ad cognitionem rerum quarumvis sufficiente; porro voluntatis cum

PARTES CONSTITUTIVÆ. *corpus non mortale & anima Dei imagine ornata.*

divina

divina voluntate exacta conformitate atque motibus tandem appetitus ſenſitivi non niſi ordinatis. β. *Juſtitia originalis reſpicit non tantum ſecundam tabulam Decalogi; ſed primam quoque, quæ præcipit de timore Dei, de fide, de amore Dei. Itaque homo ad imaginem hanc Dei conditus habiturus erat non tantum æquale temperamentum qualitatum corporis, ſed etiam notitiam Dei certiorem, timorem Dei, fiduciam Dei, aut certe rectitudinem & vim iſta efficiendi, item immortalitatem.*

Vl. 1.

α. Gen. II, 17. Welches Tages du von dem Baum des Erkäntniß gutes und böſes iſſeſt, wirſt du des Todes ſterben.

Rom. VI, 23. Der Tod iſt der Sünden Sold.

Sapient. II, 23. 24. GOtt hat den Menſchen geſchaffen zum ewigen Leben, und hat ihn gemacht zum Bilde, daß er gleich ſeyn ſoll, wie er iſt. Aber durchs Teuffels Neid iſt der Tod in die Welt kommen.

β. Gen. I, 27. Und GOtt ſchuf den Menſchen ihm zum Bilde, zum Bilde GOttes ſchuf er ihn.

Eccl. VII, 30. Ich habe funden, daß GOtt den Menſchen hat aufrichtig gemacht.

Ephes. IV, 23. 24. Erneuert euch aber im Geiſt eures Gemüths, und ziehet den neuen Menſchen an, der nach GOtt geſchaffen iſt in rechtſchaffener Gerechtigkeit und Heiligkeit.

Coloſſ. III, 10. Ziehet den neuen Menſchen an, der

der da verneuert wird zu der Erkäntniß nach dem Ebenbilde deß, der ihn geschaffen hat.

§. 4. Utrumque, tum illud corporis tum hoc animæ ἀξίωμα ad posteros propagabile quidem fuit, sed amissum tamen est per Protoplastorum peccatum, a. & in nobis nunc per Spiritum S. iterum reparatur. b. (*Imago Dei post lapsum in homine non mansit integra reliqua. Nam peccatum originis, quod ex lapsu primorum parentum in omnes homines derivatum est, tam profunda & tetra est corruptio naturæ, ut nullius hominis ratione intelligi possit. VI. 3. Hoc vere probo vel inde, quod lapsum Adæ excepit statim totalis carentia, seu defectus, sive privatio concreatæ in Paradiso justitiæ originalis seu imaginis Dei, ad quam homo initio in veritate, sanctitate atque justitia creatus fuerat, & simul etiam subsecuta est ἀδυναμία, impotentia & stupiditas, qua homo ad omnia divina sive spiritualia prorsus est ineptus. VI. 4. Humana natura, quæ hoc malo perversa & tota corrupta est, aliter sanari non potest, nisi ut per Spiritum S. regeneretur & renovetur. Quod ipsum tamen opus Spiritus S. in hac vita tantummodo in nobis inchoatur; in altera vero demum absolvetur & perficietur. VI. 5.*

Quæ imago Dei amissa potest reparari.

a. Gen. V, 3. Adam zeugete einen Sohn, der seinem Bilde ähnlich war.

Rom. III, 28. Sie sind allzumahl Sünder, und man-

mangeln des Ruhmes, den sie an GOtt haben sollen.

Joh. III, 6. Was vom Fleisch gebohren wird, das ist Fleisch.

ß. 2. Cor. III, 18. Nun spiegelt sich in uns allen des HErrn Klarheit mit aufgedecktem Angesichte, und wir werden verkläret in dasselbe Bilde, von einer Klarheit zu der andern, als vom Geist des HErrn.

1. Joh. III, 2. Meine Lieben, wir sind nun GOttes Kinder, und ist noch nicht erschienen, was wir seyn werden; Wir wissen aber, wann es erscheinen wird, daß wir ihm gleich seyn werden, denn wir werden ihn sehen, wie er ist.

FELICITAS, *tum ratione habitaculi, tum ratione dominii.*

§. 5. Ita creatus primus homo felix insuper erat tum propter habitaculum, quod dabat Paradisus, sive hortus singulari voluptate commendabilis, *α.* tum propter dominium in creaturas inferiores, & præsertim bruta animantia, quo ad obsequium homini sine difficultate præstandum flectebantur. *β.* (*Homo ad imaginem hanc* Dei *conditus habiturus erat immortalitatem & dominium in res creatas.* VI. 1.)

α. Gen. II, 8. Und GOtt pflantzete einen Garten in Eden, gegen den Morgen, und setzet den Menschen drein, den er gemacht hatte.

ß. Gen.

β. Gen. I, 28. Und GOtt segnete die Menschen und sprach zu ihnen: Seyd fruchtbar und mehret euch, und füllet die Erde, und machet sie euch unterthan und herrschet über Fische im Meer, und über Vögel unter dem Himmel, und über alles Thier, das auf Erden kreucht.

Gen. II, 16. Und GOtt der HErr geboth dem Menschen und sprach: Du solt essen von allerley Bäumen im Garten.

§. 6. Qua ratione homo integer divinæ sapientiæ & bonitatis gloriam celebrare, α. & tandem ad æterna gaudia perduci debuit. ℭ.

CAUSA FINALIS.
Dei gloria & hominis salus.

α. Coloss. I, 16. Denn durch ihn (den Sohn GOttes) ist alles geschaffen, das im Himmel und auf Erden ist, das sichtbare und unsichtbare, beyde die Thronen und Herrschafften und Fürstenthümer und Obrigkeiten, es ist alles durch ihn und zu ihm geschaffen.

ℭ. Sap. II, 23. GOtt hat den Menschen geschaffen zum ewigen Leben, und hat ihn gemacht zum Bilde, daß er gleich seyn soll, wie er ist.

ARTICULUS VI.
DE
PROVIDENTIA ET CRUCE AC CONSOLATIONIBUS.

Providentiæ Existentia §. 1. Causa efficiens §. 2. Objectum §. 3. Forma §. 4. seqq. Finis §. 10.

§. 1.

EXISTENTIA, *ex Scriptura & natura innotescit.*

Providentia non tam futurorum, antequam existant, notat hoc loco visionem, quam salutis creaturarum procreationem, a. competens omnino Deo non sollicito minus de conservandis à se creatis rebus, quam de iisdem fuit olim ex insigni bonitate producendis. ß. (*Esse providentiam divinam, Deumque curam agere rerum creatarum, patet ex Scripturis, & ex miranda deinde conservatione rerum creatarum omnium, cumprimis verò Ecclesiæ & piorum adversus furores Satanæ & mundi. VII. 1. Providentia non nuda dicitur esse notitia ad designandum discrimen inter providentiam & præscientiam. Præscientia enim nude tantum res tam malas quam bonas præscit, neque causam rerum præscitarum designat, providentia autem præter notitiam rerum etiam efficacem earum curam, dispositionem & ordinationem complectitur. VII. 3.*)

a. Act. II, 31. David hat es zuvor gesehen,

und geredet von der Auferstehung Christi, daß seine Seele nicht in der Höllen gelassen ist.

Job. X, 12. Leben und Wohlthat hast du an mir gethan, und dein Aufsehen bewahret unsern Odem.

B. Jer. X, 23. Ich weiß, HErr, daß des Menschen Thun nicht stehet in seiner Gewalt, und stehet in niemands Macht, wie er wandle, oder seinen Gang richte.

Sap. XIV, 3. Aber deine Fürsichtigkeit, o Vater, regieret es, denn du auch im Meere Wege giebest, und mitten unter denen Wellen sichern Lauff.

Joh. V, 17. Mein Vater wircket biß hieher und ich würcke auch.

Act. XVII, 25. So er (GOtt) selber iederman Leben und Odem allenthalben giebet.

Ebr. I, 3. Er träget alle Dinge mit seinem kräfftigen Wort.

§. 2. Competit autem providentia Deo trinuno, ut in aliis operibus externis, ita in hoc etiam indivisim agenti, α. & suæ eximiæ bonitatis ductu creaturis prospicienti. β. (*Providentia est talis actio, qua Deus non tantum nude omnia scit, quæ fiunt & geruntur, tum bona, tum mala, sed etiam, qua res â se conditas sustentat & gubernat: præcipue autem salvandorum salutem procurat: actiones hominum bonas præ-*

CAUSA EFFICIENS, *Dei trinunius ea est actio.*

cipit, juvat, promovet, malas prohibet & detesta-tur: easque vel impedit, vel ita permittit, ut tamen ratione finis eas dirigat, etiam contra voluntatem diaboli & impiorum, ad suam gloriam & electorum salutem. VII, 2.)

α. Matth. VI, 26. 30. Sehet die Vogel unter dem Himmel an, sie säen nicht, sie erndten nicht, sie samlen nicht in die Scheuern, und euer himmlischer Vater nehret sie doch. So denn GOtt das Graß auf dem Felde also kleidet, das doch heute stehet und morgen in den Ofen geworffen wird, solte er das nicht vielmehr euch thun?

Ebr. I, 3. Der Sohn GOttes träget alle Dinge mit seinem kräfftigen Wort.

1. Corinth. XII, 11. Dies alles wircket derselbige einige Geist, und theilet einem ieglichen seines zu, nachdem er will.

β. Ps. XXXVI, 7. 8. HErr, du hülffest beyde Menschen und Viehe. Wie theuer ist deine Güte, o GOTT! daß Menschen-Kinder unter dem Schatten deiner Flügel trauen.

OBJECTUM, *homines sunt & eorum etiam vita.*

§. 3. Extendit se divina providentia ad omnes creaturas *α.* sed maxime tamen ad homines, *β.* & hos inter ratione quadam eximia ad pios & fideles, *γ.* quorum (hominum) vitam moderatur atque sustentat, & hanc ipsam certo quodam spatio circumscribit, pro bonita-

te

te ſua modo extendendo longius, modo vel ex eadem bonitate, vel ex juſtitia etiam punitiva contrahendo, unde in ſcholis illa termini vitæ in naturalem & præternaturalem diſtinctio nata eſt. δ. (*Providentia Dei eſt talis actio, qua res â ſe conditas ſuſtentat & conſervat; præcipue autem ſalvandorum ſalutem procurat. VII. 2. Tres præcipue conſtituuntur gradus divinæ providentiæ. Quorum primus generalis ſive univerſalis providentia dicitur, quæ conſideratur generatim in illa rerum conditarum ſuſtentatione, qua Deus ordinem ſive modum agendi naturæ incolumem conſervat & ſuſtentat, ut motuum in corporibus cœleſtibus ordinem regularem, vices temporum, perennitates fluminum, fœcunditatem terræ, animantium & id genus alia. Alter dicitur ſpecialis, quo omnes creaturæ jubenti & volenti Deo obtemperant, ipſiusque mandata perſequuntur. Tertius dicitur peculiaris, qui eſt Electorum proprius & ad articulum de prædeſtinatione pertinet VII. 4.*

α. Ebr. I, 3. Er träget alle Dinge mit ſeinem kräfftigen Wort.

Nehem. IX, 6. HErr, du biſts allein, du haſt gemacht den Himmel und aller Himmel Himmel mit allen ihrem Heer, die Erde und alles was darauf iſt, das Meer und alles was darinnen iſt, du macheſt alles lebendig, und das himmliſche Heer betet dich an.

Pſ. CXLVII, 9. Der dem Viehe ſein Fut-

ter giebet, denen jungen Raben, die ihn anruffen.

Matth. X, 29. Kauffet man nicht zween Sperlinge um einen Pfennig? noch fället derselbigen keiner auf die Erde ohne eurem Vater.

ß. Matth. V, 45. GOtt lässet seine Sonne aufgehen über die Bösen und über die Guten, und lässet regnen über Gerechte und Ungerechte.

Actor. XVII, 28. In ihm leben, weben und sind wir.

Sap. VI, 8. GOtt hat beyde kleine und grosse gemacht und sorget für alle gleich.

γ. Ps. XXXIII, 18. Siehe, des HErren Auge siehet auf die, so ihn fürchten, die auf seine Güte hoffen.

Ps. XXXVII, 17. 18. Der HErr erhält die Gerechten. Der HErr kennet die Tage der Frommen, und ihr Gut wird ewiglich bleiben.

δ. Job XIV, 5. Der Mensch hat seine bestimmte Zeit, die Zahl seiner Monden stehet bey dir, du hast ein Ziel gesetzt, das wird er nicht übergehen.

Prov. IV. 10. So höre, mein Kind, und nimm an meine Rede, so werden deiner Jahre viel werden.

Psalm. LV, 24. Die Blutgierigen und Falschen werden ihr Leben nicht zur Helffte bringen.

Sap. IV, 10. 11. Der Gerechte gefält GOTT wohl, und ist ihm lieb, und wird weggenommen aus dem Leben unter den Sündern, und wird hingerücket, daß die Boßheit seinen Verstand nicht verkehre, noch falsche Lehre seine Seele betriege.

§. 4. Demonstrat vero DEUS hanc suam providentiam juxta πρόγνωσιν suam & πρόθεσιν, qui sunt actus æterni, in ipsa jam διοικήσει, quæ in tempore fit, quando conservat creaturam, ejusdem proprietates naturales ac vires in creatione acceptas ita sustentat per indesinentem influxum, ut in vi operandi possit persistere. α. (*Primum Deus sustentat naturam agentem, quæ sine hac Dei sustentatione non modo nihil agere, sed ne ad momentum quidem subsistere posset. VII. 5.*

FORMA. *Absolvit suam Deus providentiam creatas res conservando,*

α. Ps. CIV, 29. 30. Du nimmest weg ihren Odem, so vergehen sie, und werden wieder zu Staub. Du lässest aus deinen Odem, so werden sie geschaffen, und verneuerst die Gestalt der Erden.

Job. X, 12. Leben und Wohlthat hast du an mir gethan, und dein Aufsehen bewahret meinen Odem.

Actor. XVII, 25. 26. Der HErr giebet selber iedermann Leben und Odem allenthalben, und hat gemacht, daß von einem Blute aller Menschen Geschlecht auf dem ganzen

Erdboden wohnen, und hat Ziel gesetzet, zuvor versehen, wie lang und weit sie wohnen sollen.

Colos. I, 17. Der Sohn GOttes ist vor allen, und es bestehet alles in ihm.

sum & cum actionibus ejus concurrendo.

§. 5. Demonstrat porro suam Deus providentiam, quando concurrit cum naturæ actionibus, & effectus ejusdem, qua tales, simul cum ipsa per influxum quendam generalam producit, α. Ubi tamen concursus iste, quem actionibus impertit, ad actionum *ἀνομίαν* nequaquam pertrahendus, neque, quod motus creaturæ speciales ad malitiam determinet Deus, existimandum est. β. (*Deus largitur modum sive potentiam agendi cuipiam, adeoque actionum principia & organa, mentem, voluntatem & reliquas animæ potentias membraque corporis. VII. 5. Actiones hominum bonas Deus præcipit, juvat, promovet; malas prohibet & detestatur. VII. 2. Minime Deus est causa peccati, quando vitiosis actionibus motum largitur. Primo enim inter se non pugnant hæc, substantiam à Deo conditam esse & sustentari, & tamen pravam voluntatem Diaboli & hominis causam esse peccati; Deinde inter ipsum motum & adhærens vitium plurimum interest. Quod enim homo manum suam potest extendere, eaque aliquid apprehendere, causa sane propinqua est ipsa hominis anima; remota vero & prima ipse Deus,*

qui animam hujusmodi actionibus per organa corporis efficiendis habilem fecit ac condidit. Quando verò fur manum suam extendit ad rem illicitam, hæc certe ἀταξία ad motum accedens non Deo, sed perversæ voluntati furis est adscribenda. VII. 6.)

α. Matth. V, 45. GOtt lässet seine Sonne auffgehen über Böse und Gute, er lässet regnen über Gerechte und Ungerechte.

Ps. LXXIV, 16. Tag und Nacht ist dein, du machest, daß beyde Sonn und Gestirn ihren gewissen Lauff haben.

Ps. CXXXV, 7. Der HErr lässet die Wolcken auffgehen vom Ende der Erden, er machet die Blitzen sammt dem Regen, er lässet den Wind aus heimlichen Oertern kommen.

Actor. XVII, 28. In ihm leben, weben und sind wir.

Philip. II, 13. GOtt ist es, der da in uns würcket beyde das Wollen und das Vollbringen nach seinem Wohlgefallen.

β. Jac. I, 13. Niemand sage, wenn er versuchet wird, daß er von GOtt versuchet werde. Denn GOtt ist nicht ein Versucher zum bösen, er versuchet niemand.

Psalm. V, 5. Du bist nicht ein GOtt dem gottloß Wesen gefället, wer böse ist, bleibet nicht für dir.

§. 6. Demonstrat tandem suam Deus providentiam, quando pro sua sapientia gubernat actiones creaturæ, *tandemque actiones gubernando,*

maximè rationalis, & peccaminosas modo non impetit physice & potentia absoluta, α. modo impedit ac interdum punit, &c. atque ex justitia sua vindicativa homines indurat etiam (secus vero ac vel diabolus vel homo se ipsum solet indurare;) γ. tum & certos quosdam gradus & terminos constituit, intra quos se contineant; δ. imo, quæ fiunt, ita dirigit quoque, ut ad bonum tandem finem tendant; ε. integra manente semper humanæ voluntatis libertate. (*Tandem concurrit Deus etiam ratione finium, quoad actiones quaslibet hominum, quas ad certos quosdam eosque bonos, utiles ac salutares fines ordinat. VII. 5. Actiones hominum malas Deus probibet, & detestatur; easque vel impedit, vel ita permittit, ut tamen ratione finis eas dirigat, etiam contra voluntatem Diaboli & impiorum ad suam gloriam & electorum salutem. VII. 2. Quando Deus in Scripturis legitur indurare, excœcare, tradere in mentem reprobam, minime exinde caussa est peccati. In his enim & similibus dictis Deus non ut Autor & caussa peccati, sed tantum ut justus judex introducitur, qui præcedentem inexpugnabilem hominum contumaciam sic punit, ut gratiam suam & Spiritum sanctum tali homini auferat, & Satanæ potestati suoque proprio arbitrio hominem relinquat. Qua quidem ratione Dei voluntas concurrit, non autem ad peccatum, sed ad finem, ad quem à Deo peccatum destinatur, uti ex historia Pharaonis, Regis Ægyptii, luculenter pa-*

tet. VII, 7. Diverſis plane reſpectibus de Deo, Diabolo & homine indurandi actus prædicatur. Nam Deus indurat non impertiendo malitiam, ſed partim non impertiendo gratiam & miſericordiam; partim verò permittendô hominem tum Satanæ poteſtati, tum proprio ipſius arbitrio, idque juſtiſſimo judicio antegreſſam inexpugnabilem hominis contumaciam ſic vindicante. VII. 8. Diabolus indurat & excœcat impellendô, ſvadendo & occaſiones peccandi ſubminiſtrando. VII. 9. Homo ſe ipſum indurat, excæcat, cupiditatibus ſuis & Satanæ ſuggeſtionibus libenter & cupidè obtemperando ſeque à Deo propria voluntate avertendo. Atque ita Diabolus ſuggerit, homo conſentit, Deus deſerit. VII. 10.

a. Actor. XIV, 16. GOtt hat in vergangenen Zeiten die Heyden wandeln laſſen ihre Wege.

Rom. I, 28. Gleichwie die Heyden nicht geachtet haben, daß ſie GOtt erkenneten, ſo hat ſie GOtt auch dahin gegeben, in verkehrten Sinn, zu thun das nicht taug.

c. Pſalm. XXXIII, 10. Der HErr machet zu nichte der Heyden Rath, und wendet die Gedancken der Völcker.

Exod. XX, 5. Ich der HErr dein GOtt bin ein eifriger GOtt, der da heimſuchet der Väter Miſſethat an denen Kindern biß in das dritte und vierdte Glied, die mich haſſen.

γ. Exod. IV, 21. Ich will Pharao Hertz verstocken, daß er das Volck nicht lassen wird.

2. Corinth. IV, 4. Bey welchen der GOtt dieser Welt der ungläubigen Sinn verblendet hat, daß sie nicht sehen das helle Licht des Evangelii von der Klarheit Christi.

Jerem. V, 3. Du schlägest sie, aber sie fühlens nicht, du plagest sie, aber sie bessern sich nicht, sie haben ein härter Angesicht denn ein Fels, und wollen sich nicht bekehren.

δ. Es. XXXVII, 29. Weil du denn wider mich tobest, und dein Stoltz herauf vor meine Ohren kommen ist, will ich dir einen Ring an die Nasen legen und ein Gebiß in dein Maul, und will dich des Weges wieder heimführen, deß du kommen bist.

Job. XXXVIII, 11. Biß hieher solt du kommen und nicht weiter, hier sollen sich legen deine stoltze Wellen.

ε. Gen. L, 20. Ihr gedachtet es böse mit mir zu machen, aber GOtt gedachte es gut zu machen, daß ers thäte, wie es ietzo am Tage ist, zu erhalten viel Volcks.

Rom. VIII, 28. Wir wissen aber, daß denen, die GOtt lieben, alle Dinge zum besten dienen.

ζ. Matth. XXIII, 37. Wie offt habe ich deine Kinder versammlen wollen, wie eine Henne versammlet ihre Küchlein unter ihre Flügel, und ihr habt nicht gewolt.

Actor. VII, 51. Ihr halßstarrigen und unbeschnittenen an Hertzen und Ohren, ihr widerstrebt allezeit dem Heiligen Geist, wie eure Väter, also auch ihr.

§. 7. Quando non impediuntur actiones impiorum peccaminosæ, piis exinde variæ quoque afflictiones solent existere, singulari Dei providentia ideo obvenientes, ut suorum erga se amorem puriorem & constantiorem reddat, iisdemque suum etiam favorem evidentius declaret. *a.* (*Causæ, propter quas Deus permittit, ut pii subinde variis exerceantur afflictionibus, hæ sunt præcipue 1 quia piis etiam peccati reliquiæ & graviores concupiscentiæ carnis adversus Spiritum adhærescunt, ergo per crucem eos Deus subinde excitat ad pœnitentiam, fidem, preces, novitatem vitæ, & id genus alia pietatis exercitia; 2. quia Deus vult, ut pii hac etiam in vita conformes fiant imagini filii Dei; 3. quia hoc pacto Deus præsentiam, dilectionem & omnipotentiam suam erga pios evidentius testatur; 4. quia vult pios edere testimonium fidei & confessionis suæ, quod non hypocritice, sed vere sic credant & sentiant, nec sui commodi causâ circumferant doctrinam fictam. XXIV. 1.*)

pertinentque huc etiam crux & calamitates piis immissæ.

a. Ebr. XII, 5. Achte nicht geringe die Züchtigung des HErrn, und verzage nicht, wenn du von ihm gestraffet wirst. Denn welchen der HErr lieb hat, den züchti-

ger

ger er, und stäupet einen ieglichen Sohn, den er aufnimmt.

Ps. CXIX, 71. Es ist mir lieb, daß du mich gedemüthiget hast, daß ich deine Rechte lerne.

2. Corinth. IV, 10. Wir tragen um allezeit das Sterben unsers HErrn JEsu Christi an unserm Leibe, auf daß auch das Leben unsers HErrn JEsu an unserm Leibe offenbahr werde.

Es. XXVIII, 19. Denn allein die Anfechtung lehret aufs Wort mercken.

Rom. VIII, 29. Welche er zuvor versehen hat, die hat er auch verordnet, daß sie gleichsern sollen dem Ebenbilde seines Sohnes, auf daß derselbige der erstgebohrne sey unter vielen Brüdern.

moderate proinde ferendæ,

§. 8. Eum finem ut sua providentia Deus benignissimus consequatur, comprimamus oportet animos & vera fiducia Christo adhærentes auxilium divinum demississimè poscamus, exigui temporis molestias moderatè perferentes *a*. (*Calamitates primo ferendæ sunt in vera humilitate, quæ consistit in seria & ardenti agnitione peccatorum; deinde in vera fide in Christum, ut per hunc solum mitigationem calamitatum a Deo petamus; tum in vera patientia, quæ in sola Dei voluntate placidè acquiescat; tandem in firmis consolationibus, quibus nos ipsos sub cruce erigamus. XXIV. 2.*

a. Sir. II, 20., 21. Die den HErrn fürchten, schi-

schicken ihr Hertz, und demüthigen sich vor ihm und sprechen: Wir wollen lieber in die Hände des HErrn fallen, weder in die Hände der Menschen, denn seine Barmhertzigkeit ist ja so groß, als er selber ist.

Rom. V, 1. 2. 3. Nun wir sind gerecht worden durch den Glauben, so haben wir Friede mit GOtt durch unsern HErrn JEsum Christum, durch welchen wir einen Zugang haben im Glauben zu dieser Gnade, darinnen wir stehen, und rühmen uns der Hoffnung der zukünfftigen Herrlichkeit, die GOtt geben soll; nicht allein aber das, sondern wir rühmen uns auch der Trübsal.

Es. XXVI, 16. HErr, wenn Trübsal da ist, so suchet man dich, wenn du sie züchtigest, so ruffen sie ängstiglich.

Jac. V, 8. Seyd ihr auch geduldig, und stärcket eure Hertzen, denn die Zukunfft des HErrn ist nahe.

§. 9. Præterquam quod sapientissimorum virorum de malis, quæ nos premunt, disputationes, & ex Philosophorum libris depromta argumenta in istis calamitatibus solatii non nihil nobis adferunt; efficacissima tamen fomenta sacræ suppeditant literæ, & gravissimis rationibus depressos afflictorum animos erigunt. *a.* (*Monstrat quidem Philosophia consolationes, sed admodum infirmas, quæ in gravioribus afflictionibus*

petita e sacris literis consolatione

bus

bus subsistere non possunt. Quales sunt 1. Necessitas. Unde tritum illud: feras, non culpes, quod mutare non potes. 2. Dignitas virtutis, ut non injustè faciamus quicquam propter dolorem. 3. Bona conscientia. 4. Exempla aliorum 5. Spes læti exitus 6. Nominis immortalitas, & si quæ his sunt consimiles aliæ. XXIV, 4. Firmæ autem consolationes ex verbo Dei petendæ sunt. XXIV. 3. unde quinque potissimum consolationum argumenta hauriuntur. Primum est bona Dei voluntas. Non enim casu aut fortuito, sed Deo sic ordinante affligimur. Alterum est finis bonus calamitatum. Tertium est promissio auxilii & divinæ præsentiæ in quibusvis afflictionibus. Quartum est bona conscientia, quæ in adversis magno solatio est. Quintum & postremum certa fiducia de remissione peccatorum in Christo, quæ facit, ut simus in gratia Dei, quibuscunque demum exerceamur afflictionibus, XXIV. 5.)

a. Pſ. CXIX, 92. Wo dein Geſetz nicht mein Troſt geweſen wäre, ſo wäre ich vergangen in meinem Elende.

Rom. XV, 4. Was zuvor geſchrieben iſt, das iſt uns zur Lehre geſchrieben, auf daß wir durch Gedult und Troſt der Schrifft Hoffnung haben.

Matth. X, 29. 30. 31, Kaufft man nicht zweene Sperlinge um einen Pfennig? noch fället derſelbigen keiner auf die Erde ohne

ne euren Vater. Nun aber sind auch eure Haare auf dem Haupte alle gezehlet. Darum fürchtet euch nicht, ihr seyd besser denn viel Sperlinge.

Rom. VIII, 28. Wir wissen aber, daß denen, die GOtt lieben, alle Dinge zum besten dienen, die nach dem Fürsatz beruffen sind.

Ps. XCI, 15. Ich bin bey ihm in der Noth, ich will ihn heraus reissen und zu Ehren machen.

2. Corinth. I, 12. Unser Ruhm (in der Trübsal) ist der, nehmlich das Zeugniß unsers Gewissens, daß wir in Einfältigkeit, nicht in fleischlicher Weißheit, sondern in der Gnade GOttes auf der Welt gewandelt haben.

Rom. VIII, 33. seq. Wer will die Auserwehlten GOttes beschuldigen? GOtt ist hie, der da gerecht machet. Wer will verdammen? Christus ist hier, der gestorben ist. Ja vielmehr der auch auferwecket ist, welcher ist zur rechten GOttes und vertritt uns. Wer will uns scheiden von der Liebe GOttes? Trübsal oder Angst? oder Verfolgung? oder Hunger? oder Blöße? oder Fährlichkeit? oder Schwerdt? Denn ich bin gewiß, daß weder Todt noch Leben, weder Engel noch Fürstenthum, noch Gewalt, weder gegenwärtiges noch zukünfftiges, weder hohes, noch tieffes, noch keine andere

Creatur mag uns scheiden von der Liebe GOttes, die in JEsu Christo ist unserm HErrn.

FINIS.

Dei gloria & hominum salus.

§. 10. Procurat sua ista providentia Deus salutem, & ad eandem, tanquam scopum, eadem tendit, α. cujus sapientiæ atque bonitatis gloria insigniter etiam effloreſcit. β. (*Providentia Dei est talis actio, qua res à se conditas sustentat & conservat ad suam gloriam & electorum salutem. VII. 2.*)

α. Ps. XXXIII, 18. Siehe, des HErrn Auge siehet auf die, so ihn fürchten, die auff seine Güte hoffen, daß er ihre Seele errette vom Tode, und ernehret sie in der Theurung.

Rom. VIII, 28. Wir wissen, daß denen, die GOtt lieben, alle Dinge zum besten dienen, die nach dem Fürsatz beruffen sind.

β. Es. VI, 3. Heilig, heilig, heilig ist der HErr Zebaoth, alle Lande sind seiner Ehren voll.

Psalm. CIV, 24. HErr, wie sind deine Wercke so groß und viel! Du hast sie alle weißlich geordnet, und die Erde ist voll deiner Güte.

ARTICULUS VII.
DE
PRÆDESTINATIONE.

Prædeſtinationis Nomen §. 1. Autor §. 2. Objectum §. 2. Forma §. 4. Finis §. 5. Oppoſita §. 6.

§. 1.

PRædeſtinatio, quam, diſtinctam ab æterna Dei providentia, Electionem alio vocabulo, ſtrictus hic ſumendo, dicimus, ex revelato Dei verbo ſobrie hic eſt interpretanda. (*Præſcientia vel proviſio Dei, qua ille omnia, antequam fiant, prævidet & præſcit, ad omnes creaturas, tam malas quam bonas extenditur. Æterna vero Electio ſive prædeſtinatio Dei ad ſalutem, non ſimul ad bonos & ad malos pertinet, ſed tantum ad Filios Dei, qui ad æternam vitam conſequendam electi & ordinati ſunt, priusquam mundi fundamenta jacerentur. XIII. 1. Hæc doctrina de æterna Dei prædeſtinatione non certe ex arcano aliquo cœleſti & imperſcrutabili Dei conſilio, quaſi nihil præterea ad æternam Dei Prædeſtinationem requiratur, niſi quod Deus præviderit, quinam & quot homines ſalutem ſint conſecuturi: & qui, quamque multi in æternum ſint perituri: aut quaſi Deus militarem quendam delectum inſtituerit, atque dixerit: hic ſalvandus eſt: ille vero damnandus:*

NOMEN.

Dicitur etiam Electio.

dus: hic ad finem usque in fide constans perse-verabit: ille vero non perseverabit. Hæ certe cogitationes aut securitatem & impœnitentiam, aut angustias & desperationem in mentibus hominum gignunt & confirmant. XIII. 2. Non sane rationis nostræ judicium de æternâ Dei prædestinatione audiendum sequendumve est. Hoc enim ejusmodi suggerit cogitationes: Si Deus me ad æternam salutem elegit, non potero damnari, quicquid etiam designavero. Omnes enim conatus mei irriti erunt. Hæ profecto & similes cogitationes vel vitæ Epicureæ nos tradunt, vel in desperationem præcipitant. XIII. 3. Petenda ergo est doctrina sana de æterna Dei prædestinatione ex verbo Dei revelato, sed non ex verbo legis, quippe quod iram operatur, Rom. IV. 15. Verum tantum ex verbo Evangelii, quod nos deducit ad Christum, qui est liber ille vitæ, in quo omnes inscripti sunt, qui salutem æternam consequuntur: quodque omne propositum, consilium, voluntatem & ordinationem Dei explicat. XIII. 4.)

AUTOR,

Deus trinunus, erga nos misericors.

§. 2. Perfecit illam prædestinationem Deus trinunus ab æterno, *a.* sua impulsus nimirum immensa misericordia & gratia, *β.* quam JEsus Christus miseris promeruit, *γ.* *)Prædestinatio sive Electio est voluntatis divinæ propositum. XIII. 5.)*

a. Ephes. I, 3. 4. Gelobet sey GOtt und der Vater

Vater unsers HErrn JEsu Christi, der uns gesegnet hat mit allerley geistlichen Seegen in himmlischen Gütern durch Christum. Wie er uns denn erwehlet hat durch denselbigen, ehe der Welt Grund gelegt ward, daß wir solten seyn heilig und unsträflich vor ihm in der Liebe.

2. Tim. I, 9. GOtt hat uns seelig gemacht und beruffen mit einem heiligen Beruff, nicht nach unsern Wercken, sondern nach seinem Vorsatz und Gnade, die uns gegeben ist in Christo JEsu vor der Zeit der Welt.

β. Eph. I, 5. 6. GOtt hat uns verordnet zur Kindschafft gegen ihn selbst durch JEsum Christ, nach dem Wohlgefallen seines Willens, zu Lobe seiner herrlichen Gnade, durch welche er uns hat angenehm gemacht in dem Geliebten.

γ. Ephes. I, 4. Wie er uns denn erwehlet hat durch Christum, ehe der Welt Grund geleget ward.

1. Petr. I, 20. Christus ist zuvor versehen, ehe der Welt Grund geleget ward, aber offenbahret in denen letzten Zeiten um euern willen.

§. 3. Elegit autem ad vitam Deus quosdam homines, α. qui emergentes ex communi corruptionis masſa, divinam gratiam, ad omnes omnino ſpectantem, &c. OBJECTUM, *quidam homines perſeverantes in fide ad finem.* non rejecturi,

& in finali in Christum fiducia essent perseveraturi. γ. (*Prædestinatio est decretum ab æterno factum, quo Deus ad vitam æternam elegit, & salvare constituit eos omnes, qui in Christum [vere credunt, & in ea fide ad finem usque perseverant.* XIII. 5. *Christus omnes peccatores ad se vocat, & promittit illis refectionem, & serio vult, ut omnes homines ad se veniant & sibi consuli & subveniri sinant. His sese Redemptorem in verbo offert, & vult, ut verbum audiatur: & promittit, se largiturum virtutem & operationem Spiritus Sancti & auxilium divinum, ut in fide constantes permaneant, & vitam æternam consequantur.* XIII. 18. *Deum per verbum Evangelii omnes homines vocari curasse ad Christum vel inde evidenter liquet, quod Christus jussit prædicari in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, quod sonus verbi prædicati exivit in omnem terram, & in fines orbis terræ, quod prædicatum est Evangelium omni creaturæ, quæ sub cœlo est, quod omnes jussit bibere ex calice benedictionis, quod denique promisit Spiritum sanctum cum verbo prædicato, audito & diligenter considerato præsentem atque efficacem futurum.* XIII. 19. *Absit existimemus, vocationem hanc Dei, qvæ per verbum Evangelii nobis offertur, esse simulatam & fucatam: sed certo statuamus, Deum nobis voluntatem suam maxime seriam revelare: quod videlicet in iis, quos per verbum Evangelii vocat, efficax esse velit, ut illuminentur, convertantur*

&

& ſalventur. Et quidem usque adeo ſeria eſt hæc voluntas Dei, ut lacrymis etiam proſequatur impœnitentiam pereuntium, & ſancte atteſtetur, ſe nolle mortem morientium, ſed colligere eos voluiſſe, quemadmodum gallina pullos ſuos colligit. XIII. 20. Non æque vero electio Dei univerſalis eſt, atque univerſalis eſt miſericordia Dei, univerſalis redemtio, univerſalis vocatio. Hic enim locum habet illud Chriſti: Multi vocati ſunt, pauci electi. Et neqvaquam ſentiendum eſt, eos etiam in electorum numero habendos, qui verbum Dei contemnunt, repellunt, execrantur atque perſeqvuntur, qui audito verbo, corda ſua contra illud obdurant: qui Spiritui ſancto reſiſtunt: qui in peccatis absque pœnitentia perſeverant: neque in Chriſtum vere credunt. XIII. 21. Quia ſicut Deus in æterno ſuo conſilio ordinavit, ut Spiritus ſanctus electos per verbum vocet, illuminet, convertat, atque omnes illos, qui Chriſtum vera fide amplectuntur, juſtificet, atque in eos æternam ſalutem conferat: Ita in eodem æterno ſuo conſilio decrevit, quod eos, qui per verbum vocati, illud repudiant & Spiritui ſancto (qui in ipſis per verbum efficaciter operari vult) reſiſtunt, & obſtinati in ea contumacia perſeverant, indurare, reprobare, & æternæ damnationi devovere velit. XIII. 22. Particularitatis vero hujus cauſa non hæret penes DEum. Quod enim multi vocati, pauci vero electi ſunt, ejus rei cauſa non eſt divina vocatio, qua per verbum fit, quaſi Deus nolit, ut omnes

per illud convertantur & ſalventur. Hoc enim eſſet Deo contradictorias voluntates affingere: quaſi is, qui æterna veritas eſt, ſecum ipſe diſſentiret, aut aliud loquereiur, aliud vero corde premeret, quam levitatem Deus ipſe in hominibus arguit & punit. Quid? quod hac ratione fundamentum fidei noſtræ everteretur; quod Dei verbo unice innititur, & ex eo de voluntate Dei erga noſtram ſalutem, nos certos facit. XIII. 23. *Cauſa, quod æterna Dei electio non eſt univerſalis, ſed particularis, ipſorum hominum impietas & contumacia eſt. Pauci enim verbum Dei ſerio recipiunt, eique ſincere obtemperant: major pars contemnit verbum, neque ad nuptias illas regias vult comparere: multi quidem verbum Dei initio magno gaudio recipiunt, ſed poſtea rurſus deficiunt & à ſancto Dei præcepto rurſus, & quidem petulanter, ſeſe avertunt.* XIII. 24. *Electio in ſolo Chriſto facta eſt; proinde tota ſacratiſſima Trinitas, Pater, Filius & Spiritus ſanctus ablegat omnes homines ad Chriſtum, tanquam ad librum vitæ, ut in eo æternam Patris prædeſtinationem inveſtigent & cognoſcant.* XIII. 25. *Chriſtus autem in decreto electionis conſideratur non tantum ut univerſalis Mediator, ſed & quatenus ipſe ab hominibus fide actu apprehenditur.* XIII. 26. *Certus numerus electorum eſt reſpectu præſcientiæ vel potius omniſcientiæ divinæ, non vero reſpectu fatalis alicujus aut abſoluti decreti. Dubium enim non eſt, quin Deus exactiſſime & certiſſime*

ante

ante tempora mundi præviderit, & hodie etiam noverit, quinam ex eorum numero, qui vocati sunt, in Christum credituri sint: qui ex conversis in fide perseveraturi, qui non: & qui in peccatis graviora prolapsi reversuri sint, & qui in sceleribus perituri. Ac proinde haud dubie salvandorum & damnandorum numerus Deo probe notus est. XIII, 31.

a. Matth. XX, 16. Viel sind beruffen, aber wenig sind auserwehlet.

1. Corinth. I, 25. 27. Nicht viel Weisen nach dem Fleisch, nicht viel edele sind beruffen; sondern was thöricht ist vor der Welt, das hat GOtt erwehlet, daß er die Weisen zu schanden machte.

Joh. XV, 19. Dieweil ihr nicht von der Welt seyd, sondern ich habe euch von der Welt erwehlet, darum hasset euch die Welt.

Apoc. XX, 15. Und so iemand nicht ward erfunden geschrieben im Buch des Lebens, der ward geworffen in den feurigen Pfuhl.

c. Es. LIII, 6. Der HErr warff aller unser Sünde auff ihn.

Joh. III, 16. Also hat GOtt die Welt geliebet, daß er seinen eingebohrnen Sohn gab, auff daß alle, die an ihn gläuben, nicht verlohren werden, sondern das ewige Leben haben.

Rom. V, 18. Wie durch eines Sünde die

Verdammniß über alle Menschen kommen ist: also ist auch durch eines Gerechtigkeit die Rechtfertigung des Lebens über alle Menschen kommen.

Rom. XI, 32. GOtt hat alles beschlossen unter den Unglauben, auf daß er sich aller erbarme.

2. Corinth. V, 15. Christus ist darum vor sie alle gestorben, auf daß die, so da leben, hinfort nicht ihnen selbst leben, sondern dem, der vor sie gestorben und auferstanden ist.

1. Tim. II, 4. GOtt will, daß allen Menschen geholfen werde, und zur Erkänntniß der Wahrheit kommen.

1. Tim. II, 6. Christus hat sich selbst gegeben vor alle zur Erlösung, daß solches zu seiner Zeit geprediget würde.

2. Petr. III, 9. GOtt will nicht, daß iemand verlohren werde; sondern daß sich iedermann zur Busse bekehre.

1. Joh. II, 2. Christus ist die Versöhnung für unsere Sünde, nicht allein aber vor die unsere, sondern auch vor der ganzen Welt.

Marc. XVI, 16. Wer da gläubet und getaufft wird, der wird selig werden; wer aber nicht gläubet, der wird verdammet werden.

Ephes. I, 4. 5. Wie er uns denn erwehlet hat durch Christum, ehe der Welt Grund gelegt

leget

leget ward, daß wir solten seyn heilig und unsträfflich vor ihm in der Liebe; und hat uns verordnet zur Kindschafft gegen ihn selbst durch JEsum Christ.

2. Thess. II, 13. GOtt hat euch erwehlet von Anfang zur Seeligkeit in der Heiligung des Geistes und in dem Glauben zur Wahrheit.

Ebr. XI, 6. Ohne Glauben ist es unmöglich GOtt gefallen.

§. 4. Nimirum quos facta προθέσει, ut omnis, quicunque finaliter credit, fiat salvus, æterna προγνώσει perseveraturos in fide erga Christum prævidit Deus; hoc προορισμῷ non mutabili cœlesti vitæ addixit, α. (*Prædestinatio est decretum ab æterno factum, quo Deus ad vitam æternam elegit & salvare constituit eos omnes, qui in Christum verè credunt, & in ea fide ad finem usque perseverant. VIII. 5. Consilium sive propositum divinæ prædestinationis octo distinctis gradibus absolvitur qui sunt: Redemptio, Vocatio, Conversio, Justificatio, Sanctificatio, Conservatio in calamitate, finalis Confirmatio, Glorificatio. XIII. 6. Decrevit nimirum, ut universum genus humanum verè redimeretur, atque cum Deo per Christum reconciliaretur. XIII. 7. Utque Christi meritum, ejusque beneficia per verbum & Sacramenta omnibus hominibus offerrentur, exhiberentur.*

FORMA. *Eligit Deus ex propositi sui, quos prævidit finaliter esse credituros.*

&

& distribuerentur. XIII. 8. Decrevit etiam, se Spiritu suo sancto per verbum annunciatum, auditione perceptum, & memoriæ commendatum, velle in nobis efficacem esse: & corda ad veram pœnitentiam agendam inflectere, & in vera fide conservare. XIII. 9. Insuper illius æternum propositum est, quod omnes, qui pœnitentiam verè agunt & Christum vera fide amplectuntur, justificare, & in gratiam recipere, & in filios ac hæredes vitæ æternæ adoptare velit. XIII. 10. Imo & quod fide justificatos, in vera charitate sanctificare velit. XIII. 11. Idem Deus in æterno suo consilio proposuit, se justificatos in multiplici & varia ipsorum infirmitate adversus diabolum, mundum & carnem defensurum, & in viis suis gubernaturum, & si lapsi fuerint, manum suppositurum, ut in cruce, atque tentationibus solidam consolationem percipiant, atque ad vitam conserventur. XIII. 12. Decretum illius etiam æternum est, quod opus illud bonum à se in illis cœptum promovere atque confirmare, & ad finem usque conservare velit: si modo verbo ipsius, tanquam scipioni constanter innitantur, ipsius opem ardentibus precibus implorent, in gratia Dei perseverent, & dona accepta fideliter & bene collocent. XIII. 13. Neque tantum in genere salutem suorum procuravit Deus: sed etiam omnes & singulas personas electorum (qui per Christum salvandi sunt) clementer præscivit, ad salutem elegit & decrevit, quod eo modo, quem jam recitavimus, ipsos (ele-

ctos

a. 1. Corinth. II, 14. Der natürliche Mensch vernimmt nichts, was des Geistes GOttes ist, es ist ihm eine Thorheit, und kan es nicht erkennen.

Gen. VI, 5. Alles Dichten und Trachten des Menschlichen Hertzens ist nur böse immerdar.

Rom. VII, 14. Wir wissen, daß das Gesetze geistlich ist, ich aber bin fleischlich, und unter die Sünde verkaufft.

Rom. VII, 23. Ich sehe ein ander Gesetz in meinen Gliedern, das da widerstreitet dem Gesetze in meinem Gemüthe, und nimmt mich gefangen in der Sünden Gesetze, welches ist in meinen Gliedern.

Rom. VIII, 7. Fleischlich gesinnet seyn ist eine Feindschafft wider GOtt.

ß. Joh. III, 8. Der Wind bläset wo er will, und du hörest sein Sausen wohl; Aber du weist nicht, von wannen er kömmt, und wohin er fähret.

Rom. II, 15. Der Heyden Gewissen bezeuget sie, darzu auch die Gedancken, die sich untereinander verklagen, oder entschuldigen.

γ. Marc. VI, 20. Herodes wuste, daß Johannes ein frommer und heiliger Mann wäre, und verwahret ihn, und gehorchet ihm in vielen Sachen, und hörete ihn gerne.

Actor. XIII, 7. Sergius Paulus rieff zu sich Barnabam und Saulum, und begehrete das Wort GOttes zu hören.

§. 5. Ea virium hominis corruptio tanta est & tam immanis, ut

quæ magna omnino est,

ne

ne quidem præparare ſe iſtarum ope ad recipiendam Dei gratiam, ut doctrinæ ſalutari in Verbo perſpicue propoſitæ immotum ac veræ fidei aſſenſum præbere poſſit. α. (*Non poteſt homo ante converſionem aliquo modo ſe ad gratiam præparare, applicare & verbo Dei aſſentiri. Nam Scriptura teſtatur hominis non renati intellectum, cor & voluntatem in rebus ſpiritualibus & divinis ex propriis naturalibus viribus prorſus nihil intelligere, credere, amplecti, cogitare, velle, inchoare, perficere, agere, operari, aut cooperari poſſe.* IX. 6. *Teſtantur enim Scripturæ, hominem ad bonum prorſus corruptum & mortuum eſſe, ita ut in ipſius natura poſt lapſum ante regenerationem ne ſcintillula quidem virium ſpiritualium reliqua manſerit, aut reſtet, quibus ille ex ſe ad gratiam Dei præparare ſe, aut oblatam gratiam apprehendere, aut ejus gratiæ ex ſe aut per ſe capax eſſe poſſet, aut ſe ad gratiam applicare, aut viribus ſuis aliquid ad converſionem ſuam vel ex toto, vel ex dimidia vel minima parte conferre, agere, operari, aut cooperari poſſet; ſed homo ſit peccati ſervus & mancipium ſatanæ, à quo agitatur.* IX. 7. *Idem de voluntate hominis patet ex Scripturæ ſcriptis. Quomodo enim in ſpiritualibus homo nondum renatus aliquid poſſit velle, cum, quæ ſint illa ſpiritualia, non intelligat. Deinde Scriptura diſerte teſtatur, voluntatem hominis nondum renati in rebus divinis non modo prorſus à Deo averſam, verum etiam adverſus Deum*

ad omne malum converſam ac penitus depravatam eſſe. IX. 9.

a. Pſalm. XIV, 3. Aber ſie ſind alle abgewichen, und alleſamt untüchtig. Da iſt keiner der gutes thue, auch nicht einer.

Jer. XVIII, 9. Es iſt das Hertz ein trotzig und verzagt Ding. Wer kan es ergründen?

Joh. XV, 4. 5. Gleichwie der Rebe kan keine Früchte bringen, er bleibe denn am Weinſtock, alſo auch ihr nicht, ihr bleibet denn an mir. Ich bin der Weinſtock, ihr ſeyd die Reben; wer in mir bleibet, und ich in ihm, der bringet viel Frucht. Denn ohne mich könnet ihr nichts thun.

Gen. V. 17. Das Fleiſch gelüſtet wider den Geiſt, und den Geiſt wider das Fleiſch.

Epheſ. IV, 17. 18. So ſage ich nun und zeuge in dem HErrn, daß ihr nicht mehr wandelt wie die andern Heyden wandeln in der Eitelkeit ihres Sinnes; welcher Verſtand verfinſtert iſt, und ſind entfremdet von dem Leben, das aus GOtt iſt, durch die Blindheit ihres Hertzens.

Philipp. I, 6. Ich bin deſſelben in guter Zuverſicht, daß der in euch angefangen hat das gute Werck, der wirds auch vollführen biß an den Tag JEſu Chriſti.

Coloſſ. II, 13. GOtt hat euch mit Chriſto lebendig gemacht, da ihr todt waret

in

in Sünden, und in der Vorhaut eures Fleisches.

§. 6. Sed nec impedit tamen ea corruptio, per quam homo in peccatis mortuus est, quo minus divinæ gratiæ motibus reluctari, & Spiritui S. opus Conversionis perfecturo frivole possit resistere a. (*Sacræ literæ hominis non renati cor haud dubitant comparare cum duro lapide, qui ad tactum non cedat, sed resistat; item rudi trunco; interdum etiam feræ indomitæ; sed sensu sano & orthodoxo ejusmodi similitudines sunt accipiendæ. IX. 10. Sensus nimirum non ille est, quod homo post lapsum non amplius sit rationalis creatura, aut quod absque auditu & meditatione verbi divini ad Deum convertatur; aut quod in rebus externis & civilibus nihil boni aut mali intelligere possit, aut libere aliqvid agere vel omittere qveat; sed qvod in rebus spiritualibus & divinis ex propriis viribus haud magis ad sui conversionem aliquid præstare possit, atqve truncus aut lapis. Qvin deterior est lapide & trunco, ut qvi minime repugnat. IX. 11.*)

at repugnare tamen homo DEo potest,

a. Matth. XXIII, 37. Wie offt habe ich deine Kinder (O! Jerusalem) versammlen wollen, wie eine Henne versammlet ihre Küchlein unter ihre Flügel, und ihr habt nicht gewolt.

Actor. VII, 51. Ihr Halsstarrigen und unbeschnittenen an Hertzen und Ohren, ihr wie-

wiederſtrebet allezeit dem heiligen Geiſt, wie eure Väter, alſo auch ihr.

& ira Dei, §. 7. Secuta eſt deinceps ſequitur-que iſtam à lege divina defectio-nem gravis Dei ira adverſus peccatores exar-deſcens, *α.* pœnisque variis ſe manifeſtans tum temporalibus, tum æternis, quas inter, poſt mor-tem gratiæ ſive ſpiritualem, de qua §. antece-dentibus actum eſt, mors corporalis ſive natu-ræ & prima, *ε.* & hanc excipiens mors gloriæ æterna & ſecunda, *γ.* eminent. (*Peccatum eſt actio offendens Deum, damnata â Deo, faciens reos æternæ iræ & æternarum pœnarum, niſi ſit facta remiſſio VIII. 1 Peccatum Originis eſt contagium atque vitium, quod nos æternæ da-mnationis, niſi regeneratio interveniat, reos conſtituit. VIII. 4. Peccatum hoc conſequun-tur mors æterna & corporalis, & præter hanc aliæ corporales, ſpirituales, temporales, atque æternæ ærumnæ & miſeriæ, tyrannis & domini-um Satanæ, cui homo propter peccatum hoc in miſerrimam ſervitutem traditus, captivus ab eo tenetur VIII. 7.*)

α. Exod. XX, 5. Ich der HErr dein GOtt bin ein eyferiger GOtt, der da heim-ſucht der Väter Miſſethat an den Kin-dern, bis ins dritte und vierdte Glied, die mich haſſen.

Pſ. V, 5. Du biſt nicht ein GOtt, dem gott-loß Weſen gefällt, wer böſe iſt, bleibet nicht vor dir.

Rom.

Rom. II, 8. 9. GOtt wird geben denen, die da zänckisch sind, und der Wahrheit nicht gehorchen, gehorchen aber denen Ungerechten, Ungnade und Zorn, Trübsal und Angst über alle Seelen derer Menschen, die da Böses thun.

6. Genes. II, 17. Von dem Baum des Erkänntnisses Gutes und Böses solst du nicht essen. Denn welches Tages du davon issest, wirstu des Todes sterben.

Rom. V, 12. Durch einen Menschen ist die Sünde kommen in die Welt, und der Todt durch die Sünde, und ist also der Todt zu allen Menschen durchgedrungen, dieweil sie alle gesündiget haben.

Rom. VI, 23. Der Todt ist der Sünden Sold.

Rom. VII, 13. Die Sünde, auff daß sie erschiene, wie sie Sünde ist, hat sie mir durch das Gute den Todt gewircket.

7. Gal. V, 19. 20. 21. Offenbahr sind die Wercke des Fleisches, als da sind: Ehebruch, Hurerey, Unreinigkeit, Unzucht, Abgötterey, Zauberey, Feindschafft, Neid, Zorn, Zanck, Zwietracht, Rotten, Haß, Mord, Sauffen, Fressen und dergleichen, von welchen ich euch habe zuvor gesagt und sage noch zuvor, daß die solches thun, werden das Reich GOttes nicht ererben,

Apoc. XXI, 8. Der Verzagten, und Ungläubigen, und Greulichen, und Todtschläger, und Hu-

Hurer, und Zäuberer, und Abgöttischen Theil, und aller Lügner Theil wird seyn in dem Pfuhl, der mit Feuer und Schwefel brennet, welches ist der andere Todt.

ADJUNCTUM, *nempe scandalum*, §. 8. Quoddam peccatum cum scandalo est conjunctum, quando committitur nimirum aliquid aut etiam omittitur in doctrinæ juxta atque morum studio, ex quo alteri peccandi occasio nascitur; *a*. id quod vere tale dicitur scandalum, & a minus proprie & per accidens tali distinguitur, cum ex actione alterius ac sermone etiam, ex sua natura ad peccatum non inducentibus, peccandi tamen sumitur occasio, &c. (*Scandalum est dictum aut factum, quo alius fit deterior, vel quia error aliquis in eo confirmatur, vel quia imitatur malum exemplum, vel denique, quia flammas majores odii adversus Evangelium concipit. XXIII. 1. Duplex est scandalum, unum pharisaicum, sive acceptum, quod est, quando impii irascuntur veræ doctrinæ Evangelii, aut honestis ac necessariis factis; ut cum nolunt proponi veram doctrinam, & taxari errores, aut nolunt aboleri cultus Idolorum &c. Alterum est scandalum datum: quod est aut falsa doctrina, aut malum exemplum, quod aliis nocet, vel quia licentiam in aliis confirmat, vel quia alios ad imitationem invitat, vel qvia deterret aliquos ab Evangelio, vel quia præbet occasionem maledicendi Christo aut Ecclesiæ Dei, vel quia serit alia plura peccata. XXIII. 2.*)

a. Exod.

a. Exod. XXIII, 33. Laß die Cananiter nicht wohnen in deinem Lande, daß sie dich nicht verführen wider mich. Denn wo du ihren Göttern dieneſt, wird dirs zum Aergerniß gerathen.

Exod. XXXII, 21. GOtt sprach zu Aaron: Was hat dir das Volck gethan, daß du eine so grosse Sünde über sie gebracht hast?

Malach. II, 8. Ihr seyd von dem Wege abgetreten, und ärgert viel im Gesetze, und habt den Bund Levi verbrochen, spricht der HErr Zebaoth.

b. Es. VIII, 14. 15. So wird der HErr eine Heiligung seyn. Aber ein Stein des Anstoſſens und ein Felß der Aergerniß den zweyen Häusern Israel, zum Strick und Fall den Bürgern zu Jerusalem; daß ihr viel sich daran stoſſen, fallen, zubrechen, verstrickt und gefangen werden.

Rom. IX, 33. Siehe da, ich lege in Zion einen Stein des Anlauffens, und einen Felß der Aergerniß, und wer an ihn gläubet, der soll nicht zu Schanden werden.

Syr. XXXIX, 29. Sein Thun ist bey denen Heiligen recht; Aber die Gottlosen stoſſen sich dran.

quod ſtudioſe debet vitari.

§. 9. Ut vero omne peccatum, ita hoc exemplare etiam atque

in

in oculos incurrens, quo alii pejores fieri animæque occidi possunt, vitari maxime adhibita cautione debet accurata & prudenti, α. sic tamen ut impiis & adversariis in actionibus recte semet habentibus, quibus ipsi offenduntur, non cedamus. β. (*Duæ potissimum regulæ circa scandalum sunt observandæ: prior de scandalo dato, quod summa cura atque vigilantia piis omnibus est vitandum. XXIII. 3. Posterior est de scandalo accepto, quod pii non ita evitabunt, ut quod pium, honestum, aut necessarium est, intermittant; Sed hypocritis & hostibus veritatis, ne quidem ad momentum cedant, fortes ac intrepidi stantes in ea libertate, in quam per Christum sunt asserti; uti supra articulo XIIX. circa legitimum usum libertatis Christianæ, ex professo est ostensum. XXIII. 4. Potest autem præcaveri scandalum: 1. Si doctrina Evangelii pure, perspicue & distincte proponatur: ita ut errores contrarii ex fundamentis Scripturæ solide refutentur. 2. Si recepti in Ecclesia ritus & qui sine impietate servari possunt, non facile mutentur. 3. Si quisque studeat vitæ morumque innocentiæ; Cum primis vero Ministri Ecclesiæ dent operam, ut sint irreprehensibiles, & typus fidelium. 4. Si omnis intempestivus usus libertatis Christianæ intermittatur. 5. Si disciplina publice & privatim conservetur. XXIII. 5.*)

α. Matth. XVIII, 7. 8. Wehe der Welt der Aergerniß halben; es muß ja Aergerniß kommen, doch wehe dem Menschen, durch welchen

welchen Aergerniß kommt; so aber deine Hand oder dein Fuß dich ärgert, so haue ihn ab, und wirff ihn von dir.

1. Thess. V, 22. Meidet allen bösen Schein.

β. Galat. II, 4. 5. Da etliche falsche Brüder sich mit eingedrungen, und neben eingeschlichen waren, zu verkundschaffen unsere Freyheit, die wir haben in Christo JEsu, daß sie uns gefangen nähmen; wichen wir denselbigen nicht eine Stunde, unterthan zu seyn, auf daß die Wahrheit des Evangelii bey euch bestünde.

§. 10. Dividitur multifariam peccatum, & quidem α. in primum & â primo ortum. Illud, *& originatum*, quod Originans etiam vocatur, notat transgressionem Protoplastorum voluntariam mandati Dei circa arborem vetitam, suasu factam Diaboli, qua amissa divina imagine profundissimam naturæ corruptionem cum morte sibi contraxerunt, & in posteros etiam via naturæ ordinaria ex se orituros derivarunt. α. Hoc, quod etiam Originatum appellamus, dicitur illa depravatio, quæ Protoplastorum omnibus posteris inhæret. β. (*Diabolus est causa peccati, qui & ipse primum peccavit, & ad peccandum illexit primos parentes. VIII. 2. Omnino in omnes homines peccatum propagatum est. Nam post lapsum Adæ omnes homines secundum naturam propagati nascuntur cum peccato, hoc est, sine metu Dei, sine fiducia erga Deum, & cum concupiscentia. Unde fit,*

DIVISIO (a) *in originans*

ut

ut omnes homines in odio sint apud Deum & natura filii iræ. VIII. 6.)

α. Genes. III, 6. Und das Weib schauet an, daß von dem Baume gut zu essen wäre, und lieblich anzusehen, daß ein lustiger Baum wäre, weil er klug machet, und nahm von der Frucht und aß, und gab ihrem Mann auch darvon, und er aß.

1. Tim. II, 14. Und Adam ward nicht verführet, das Weib aber ward verführet, und hat die Uebertretung eingeführet.

β. Rom. V, 12. Durch einen Menschen ist die Sünde kommen in die Welt, und der Todt durch die Sünde, und ist also der Todt zu allen Menschen durchgedrungen, dieweil sie alle gesündiget haben.

Rom. V, 19. Gleichwie durch eines Menschen Ungehorsam sind viel Sünder worden; also auch durch eines Gehorsam werden viel Gerechte.

Eph. II, 3. Wir waren auch Kinder des Zorns von Natur, gleichwie auch die andern.

(b) *in Originale,* §. 11. Est II. Peccatum vel Originale vel Actuale. Illud, non extenuantes istud cum Pelagianis, haud quaquam penitus corruptam naturam nostram & nos imitatione tantum peccatores existere somniantibus; neque tamen etiam essentiale aliquid aut ipsam hominis naturam idem cum Manichæis & Flacianis venditantes; sed media incedentes via intimam dicimus naturæ humanæ, & facultatum animæ omnium corruptio-

ruptionem, qua per justitiæ Originalis absentiam prorsus inepta ea ad efficiendum quod vere bonum, atque ad mala quævis proclivis est, *a.* (*Peccatum Originis non tantum est totalis carentia sive defectus omnium bonorum in rebus spiritualibus ad Deum pertinentibus, sed etiam loco imaginis Dei amissæ, in homine intima, pessima, profundissima,* (*instar cujusdam abyssi*) *inscrutabilis & ineffabilis corruptio totius naturæ, & omnium virium, imprimis vero superiorum & principalium animæ facultatum in mente, intellectu, corde & voluntate. VIII. 4. Duo potissimum errores circa puritatem hujus Articuli sunt vitandi; quorum prior est Pelagianorum, & his ex parte succenturiantium Pontificiorum: Posterior vero Manichæorum veterum & recentiorum Flacianorum. VIII. 8. Somniarunt Pelagiani initio, quod peccatum Originale sit tantum reatus aut culpa, quæ ex aliena transgressione* (*absque ulla naturæ nostræ corruptione*) *sit contracta. Deinde, quod pravæ concupiscentiæ non sint peccatum: sed conditiones quædam, aut concreatæ essentiales naturæ proprietates. Tertio, quod defectus ille & malum hæreditarium, non sint proprie & vere coram Deo tale peccatum, propter quod ei sit pereundum, nisi per Christum liberetur. Quarto, quod natura etiam post lapsum incorrupta, & quidem præcipue, quoad res spirituales, tota adhuc bona ac pura sit, & in suis naturalibus, hoc est, in potentiis & viribus suis*

naturalibus, perfecta & integra sit. Quinto, quod peccatum Originis tantum sit externus quidam, nullius prope momenti nævus, aut adsperſa macula: aut corruptio tantum accidentium & qualitatum. Sexto, quod originale peccatum non sit defectus, spoliatio aut privatio, sed tantummodo externum quoddam impedimentum spiritualium bonarum virium; perinde ac si Magnes succo allii illinitur, ubi non tollitur vis ipsius naturalis, sed tantummodo impeditur. Septimo, quod natura ex lapsu generis humani valde quidem debilitata atque corrupta sit; non tamen prorsus omnem bonitatem amiserit; sed homo ex naturali nativitate adhuc aliquid, quantulumcumque etiam, & quam minutulum, exiguum atque tenue id sit, reliquum habeat, capacitatem videlicet, aptitudinem, habilitatem, potentiam, & vires aliquas in rebus spiritualibus aliquid inchoandi, operandi, aut cooperandi. VIII. 9. Manichæorum veterum hi fuerunt errores de peccato originis: Primo, quod natura humana initio quidem pura & bona a Deo sit creata: verum jam post lapsum extrinsecus peccatum originale (tanquam quiddam essentiale) per satanam in naturam infusum, & cum ea permixtum sit, quemadmodum venenum vino admisceretnr. Deinde, quod non homo ipse corruptus peccet: sed aliud quiddam & alienum in homine; & quod Deus per legem non ipsam naturam, sed tantum peccatum orginale accuset & damnet. VIII. 12. Flaciani contendunt, ori-

originale peccatum proprie, & quidem nullo posito discrimine, esse ipsam hominis corrupti substantiam, Naturam & Essentiam: ita, ut inter naturam corruptam post lapsum, per se ipsam consideratam, & inter peccatum Originis, nulla prorsus sit differentia, neque ulla distinctio cogitari, ut saltem peccatum illud à Natura cogitatione discerni possit. VIII. 13. Sunt vero in promtu certa fundamenta, quibus Flacianos refutare possis, & quidem ex præcipuis Christianæ fidei articulis petita: nempe ex articulo Creationis, Incarnationis Filii Dei, Redemtionis, Sanctificationis, Resurrectionis. &c. VIII. 14. Deus non modo ante lapsum humanam naturam creavit: verum etiam eandem post lapsum creat, conservat & sustentat. Jam vero Deus non est peccati creator aut conservator. Ergo peccatum Originis non est ipsa hominis natura; sed ab ea est quiddam distinctum. VIII. 15. Filius Dei hanc ipsam nostram humanam naturam, non autem peccatum Originale assumsit: ita quidem, ut nobis fratribus suis per omnia similis fieret, excepto peccato. Hebr. II, 17. Ergo humana natura etiam post lapsum, & peccatum Originis non sunt unum & idem; sed diligenter sunt discernenda. VIII. 16. Idem patet ex Articulo Redemtionis: Quod enim Christus assumsit, illud redemit. At vero non peccatum Originis redemit. Ergo peccatum Originis etiam Christus non assumsit: ac proinde inter nostram naturam, quam Christus assumsit

& redemit, & peccatum Originis luculentum discrimen constituatur, necesse est. VIII. 17. Pari ratione ex Articulo Sanctificationis hoc elici poterit. Deus enim non peccatum Originis, sed hominem, sive humanam nostram naturam abluit, emundat, sanctificat & salvam facit. Ergo peccatum Originis non potest esse ipsemet homo: nisi per impiam & auditu horrendam absurditatem, cum recentioribus istis Manichæis affirmare quis velit, ipsum peccatum originale, in nomine sacrosanctæ Trinitatis baptizari, sanctificari, & tandem salvari VIII. 18. In extremo die carnis hujus nostræ, quam circumferimus, substantia, sed à peccato mundata, resurget! inque vita æterna hanc ipsam animam, sed peccato non contaminatam, habebimus & retinebimus. Joh. XIX, 26. Jam si nulla esset differentia inter naturam nostram corruptam, & inter peccatum Originis, consequeretur: 1. aut hanc carnem in die novissimo non resurrecturam: aut 2. peccatum in novissimo die resurrecturum, & in vita illa æterna in electis futurum & mansurum esse. Quod utrumque cum Articulo Resurrectionis e diametro pugnat. VIII. 19. Omne, quicquid est, aut substantia est, aut accidens, quod non per se subsistit, sed in alia substantia est, & ab ea discerni potest. Jam vero apud omnes sanos constat, quod peccatum non sit res quædam per se subsistens, sed hæreat in homine mutabiliter. Quis proinde dubitaverit, quin simpliciter, categorice & rotunde

re-

respondendum sit, peccatum Originis non esse substantiam, sed accidens. VIII. 20.)

α. Genes. VIII, 21. Das Tichten des menschlichen Hertzens ist böse von Jugend auf.

Job. XIV, 4. Wer will einen reinen finden bey denen, da keiner rein ist.

Job. XV, 14. 15. 16. Was ist ein Mensch, daß er solte rein seyn, und daß er solte gerecht seyn, der vom Weibe geboren ist? Siehe, unter seinen Heiligen ist keiner ohne Tadel, und die Himmel sind nicht rein vor ihm. Wie vielmehr ein Mensch, der ein Greuel und schnöde ist, der Unrecht säufft wie Wasser.

Ps. LI, 7. Siehe, ich bin aus sündlichen Saamen gezeuget, und meine Mutter hat mich in Sünden empfangen.

Joh. III, 6. Was vom Fleisch gebohren wird, das ist Fleisch.

Rom. VIII. 7. Fleischlich gesinnet seyn ist eine Feindschafft wider GOtt, sintemahl es dem Gesetze nicht unterthan ist, denn es vermag es auch nicht.

Eph. II, 3. Wir waren Kinder des Zorns von Natur, gleichwie auch die andern.

Ebr. XII, 1. Lasset uns ablegen die Sünde, die uns immer ankleber und träge machet.

§. 12. Hoc sive Actuale peccatum, omne istud dicitur, quicquid vel omittimus *& actuale.*

mus à Deo mandatum, α. vel cogitando (siquidem & ipsa concupiscentia etiam prava peccatum est, ε.) loquendo, operando adversus legem Dei committimus. γ. *(Peccatum actuale est omnis actio, sive interior sive exterior, pugnans cum lege Dei, ut in mente, dubitationes de Deo, in voluntate & corde, incendia malorum affectuum, in membris denique externis, omnes gestus vel actiones pugnantes cum lege Dei. VIII. 21. Pontificii tempore exhibitæ Confessionis Augustanæ disputabant contra B. Lutherum, concupiscentiam pœnam esse, non peccatum; contra vero Lutherus defendit peccatum esse VIII. 10. Minime ergo concupiscentia dicenda est fomes ἀδιάφορος. Quis enim unquam hæc diceret esse ἀδιάφορα, etiamsi perfectus consensus non accedat, dubitare de ira Dei, de gratia Dei, indignari, quod Deus non statim eripit ex afflictionibus, incitari ira, libidine, cupiditate gloriæ, opum &c. VIII, 11.*

α. Luc. XII, 47. Der Knecht der seines Herrn Willen weiß und hat sich nicht bereitet, auch nicht nach seinem Willen gethan, der wird viel Streiche leiden müssen.

Jacob. IV, 17. Denn wer da weiß Gutes zu thun, und thuts nicht, dem ists Sünde.

β. Rom. XIII, 7. Ich wuste nichts von der Lust, wo das Gesetz nicht hätte gesagt, laß dich nicht gelüsten.

Rom. VII, 22. 23. Ich habe Lust an GOttes

Gesetze

Gesetze nach dem inwendigen Menschen; ich sehe aber ein ander Gesetze, in meinen Gliedern, das da widerstrebet dem Gesetze in meinem Gemüthe und nimmt mich gefangen in der Sünden Gesetze, welches ist in meinen Gliedern.

γ. Matth. XV, 19. Aus dem Hertzen kommen arge Gedancken, Mord, Ehebruch, Hurerey, Dieberey, falsch Zeugniß, Lästerung.

1. Joh. III, 8. Wer Sünde thut, der ist vom Teuffel, denn der Teuffel sündiget vom Anfang.

§. 13. Est III. peccatum aliud (c) *in mortale* Mortale, quod eo ipso tempore, *& veniale* quo perpetratur, gratia Dei & Spiritus S. inhabitatione nos privat, & spiritualem adeo nobis mortem infert; α. aliud veniale, quod ex infirmitate commissum, cum mereatur omnino mortem æternam, regenitis tamen, vera fide Christo Servatori adhærentibus, non imputatur. β. (*Peccatum mortale dicitur omne peccatum in non renatis, tam originale quam actualia, tam interiora, quam exteriora. In renatis vero peccatum mortale est, vel error in fundamento, vel actio interior, pugnans cum lege Dei, & quidem contra conscientiam designata, excutiens gratiam Dei, fidem & Spiritum sanctum. VIII. 22. Natura sua & per se nullum prorsus peccatum est veniale: sed tale fit ac dicitur per & propter Christum. Est ergo*

pecca-

peccatum veniale lapſus ſive actio renatorum, pugnans cum lege Dei, ſed propter quam non amittitur gratia, Spiritus ſanctus & Fides; ſiquidem renati repugnant Spiritu, ne ruant contra conſcientiam, & dolent propter has ſordes, & credunt, ſe propter Mediatorem Deo placere, ſibique omnia peccata gratis condonari, per & propter Chriſtum. VIII. 23.)

α. Joh. VIII, 12. So laſſet nun die Sünde nicht herrſchen in eurem ſterblichen Leibe ihr Gehorſam zu leiſten in ihren Lüſten.

Rom. VIII, 13. Wo ihr nach dem Fleiſch lebet, ſo werdet ihr ſterben müſſen; wo ihr aber durch den Geiſt des Fleiſches Geſchäffte tödtet, ſo werdet ihr leben.

2. Petr. III, 5. Aber Muthwillens wollen ſie nicht wiſſen, daß der Himmel vorzeiten auch war.

β. Pſ. XIX, 13. Vergieb mir die verborgene Fehler.

Rom. VIII, 1. So iſt nun nichts verdammliches bey denen, die in Chriſto JEſu ſind, die nicht nach dem Fleiſche wandeln, ſondern nach dem Geiſte.

Gal. VI, 1. Lieben Brüder, ſo ein Menſch etwa von einem Fehl übereilet würde, ſo helfft ihm wieder zu rechte mit ſanfftmüthigen Geiſte.

(d) *in Peccatum in Filium hominis & in Spiritum S.*

§. 14. Eſt IV. peccatum aliud in Filium hominis, aliud in Spiritū S. Illud fit, quando quis vel ſciens, ſed

sed non libera tamen voluntate Christum θεάνθρωπον & doctrinam ejus abnegat, vel ignorans doctrinam ipsius impugnat, α. Hoc vero consistit in Evangelicæ doctrinæ, quæ hactenus nota satis & approbata fuit, libera abnegatione, conjuncta cum oppugnatione hostili & blasphematione, quod, quoniam comitem habet indivulsam impœnitentiam finalem, irremissibile est β. (*Peccatum Mortale in Filium hominis est doctrinæ Evangelicæ vel nondum agnitæ per ignorantiam oppugnatio: vel jam agnitæ ex infirmitate ac metu periculi, sine ulla tamen ejus hostili blasphemia abnegatio. VIII. 25. Peccatum Mortale in Spiritum S. est voluntaria, ac destinato consilio suscepta apostasia, sive abnegatio agnitæ veritatis Evangelicæ, vel ex toto, vel ex parte, contra proprium cordis ac conscientiæ testimonium, ministerium Spiritus sancti, sive media salutis hostiliter oppugnans, ac contumelia afficiens. VIII. 26. Hoc irremissibile dicitur, non quod sub talem simplicem cadat Remissionis ἀδυναμίαν sive impossibilitatem, ut sua atrocitate misericordiam Dei Patris & Christi meritum superet & excedat. VIII. 27. Sed eo sensu dicitur irremissibile, quia 1. illud nunquam ipso actu remittitur, idque culpa ac vitio sic peccantis; 2. quia talis à Christo, extra quem nulla pro peccato reliqua est hostia, voluntarie deficit; 3. quia sic peccans, organa ac media salutis, sine quibus remissio peccatorum nemini*

mini obtingere poteſt, contumaciter negligit, contemnit, & pedibus quaſi conculcat; 4. Quia denique hoc peccatum conjunctum eſt cum finali cordis induratione; ita ut obſirmato poſtea quodam propoſito, ſcientes volentes veritatem agnitam horribiliter impugnare & blasphemare pergant. VIII. 28.)

α. Matth. XII, 32. Wer etwas redet wider des Menſchen Sohn, dem wird es vergeben, aber wer etwas redet wider den heiligen Geiſt, dem wirds nicht vergeben, weder in dieſer noch in jener Welt.

Luc. XII, 10. Wer da redet ein Wort, wider des Menſchen Sohn, dem ſoll es vergeben werden, wer aber läſtert den heiligen Geiſt, dem ſoll es nicht vergeben werden.

1. Tim. I, 13. Der ich zuvor war ein Läſterer, und ein Verfolger, und ein Schmäher, aber mir iſt Barmhertzigkeit wiederfahren; denn ich habs unwiſſend gethan, im Unglauben.

β. Matth. XII, 31. Ich ſage euch: alle Sünde und Läſterung wird den Menſchen vergeben, aber die Läſterung wider den heiligen Geiſt, wird den Menſchen nicht vergeben.

Ebr. VI, 4. 5. 6. Es iſt unmöglich, daß die, ſo einmahl erleuchtet ſind, und geſchmecket haben die himmliſchen Gaben, und theilhafftig worden ſind des heiligen Geiſtes, und geſchmecket haben das gütige Wort GOttes, und die Kräffte der zukünfftigen

tigen Welt, wo sie abfallen, und wiederum ihnen selbst den Sohn GOttes creutzigen, und für Spott halten, daß sie solten wiederum erneuert werden zur Busse.

ARTICULUS X.

DE LEGE MORALI.

Legis Moralis a Ceremoniali & Forensi Distinctio §. 1. Autor §. 3. Subjectum Cui. §. 4. Materia ex qua §. 5. Forma §. 6. Finis §. 7. Usus. §. 8.

§. 1.

DISTINCTIO *Legis Moralis à Ceremoniali.*

ALia est Lex Moralis à Ceremoniali, Judaicum populum cultus Levitici rationem & Sacrificiorum ritus edocente, atque Redemtorem hominibus in typo ostendente, *α.* manifestato jam in carne Dei Filio abrogata. *β.* (*Triplex est Lex, Ceremonialis, Judicialis sive Forensis & Moralis. X. 1. Lex Ceremonialis est externa ordinatio sacrificiorum, totiusqve cultus Levitici, quo populus Judaicus non tantum ab aliis gentibus distinctus; sed & Christus cum beneficiis suis adumbratus, & per fidem electis ac fidelibus vere applicatus fuit. X. 2. Est ea abrogata hodie 1. qvia Deus ipse ad certum duntaxat tempus certamque gentem Israeliticam sancitam eam voluit, subinde in Exodo & Levitico hæc verba repetens:*

petens: Servabitis hæc in generationibus VESTRIS. 2. Quia typum duntaxat & umbram gessit Christi aliquando nascituri. Eo proinde jam in carnem edito, umbræ illæ & typi cessare debuerunt. 3. Quia Deus ipse novum fœdus compromisit. X. 3.)

α. Colos. II, 16. 17. Lasset euch niemand ein Gewissen machen über Speise oder über bestimmte Feyertage, oder Neumonden, oder Sabbather, welches ist der Schatten von dem, das zukünfftig war, aber der Cörper selbst ist in Christo.

Ebr. X, 1. Das Gesetz hat den Schatten von den zukünfftigen Gütern, nicht das Wesen der Güter selbst.

β. Matth. XI, 13. Alle Propheten und das Gesetz haben geweissaget biß auff *Johannem.*

Ephes. II, 14. 15. Christus ist unser Friede, der aus beyden eins hat gemacht, und hat abgebrochen den Zaun, der dazwischen war, indem daß er durch sein Fleisch wegnahm die Feindschafft, nehmlich das Gesetz, so in Gebothen gestellet war.

Gal. V, 2. Siehe, ich Paulus sage euch: Wo ihr euch beschneiden lasset, so ist euch Christus kein nütze.

§. 2. Alia Lex etiam Moralis est *& a forensi,* a Forensi, quæ mandatum divinum de constituendis & exercendis judiciis & controversiis

siis in Politia Judaica continet, atque, ipsa hac sublata, itidem fuit abrogata, sic tamen ut & Christiani Magistratus, quæ suæ Reipublicæ conveniant, inde possint haurire *a*. (*Lex Forensis est constitutio Politica, quæ Judiciorum forensium & externæ disciplinæ in populo Israelitico conservandæ modum præscribit. X. 4. Est autem hæc abrogata; & primum quidem quia & ipsa ad certum tempus certamque rempublicam, Judaicam nimirum, erat accommodata; 2. quia Respublica Judaica usque ad Christum tantum durare debuit; ergo lex quoque hæc perpetua esse non potuit; 3. quia Evangelium Politicas quasvis ordinationes, modo voluntati divinæ & æquitati sint conformes, non tollit. X. 5.*)

Gen. XLIX, 10. Es wird das Scepter von Juda nicht entwendet werden, noch ein Meister von seinen Füßen, biß der Held komme.

Matth. XIX, 8. 9. JEsus sprach: Moses hat euch erlaubet zu scheiden von eurem Weibe, von eures Hertzens Härtigkeit wegen, von Anbegin aber ists nicht also gewesen. Ich sage aber euch; Wer sich von seinem Weibe scheidet, es sey denn um der Hurerey willen, der bricht auch die Ehe.

Matth. XXII, 21. Gebet dem Käyser, was des Käysers ist, und GOtt, was GOttes ist.

AVTOR, *Deus, ſed Chriſtus non novus Legislator eſt.*

§. 3. Lex Moralis autorem habet Deum, ſuæ ſanctitatis atque juſtitiæ veluti ſpeculum quoddam Legem exhibentem, & ad eandem Creaturas pro infinita ſua poteſtate obligantem, *a.* in quo negotio CHRISTUS etiam, quod ſuum erat, egit, non nova ſuis præcepta tradens, ſed declarans rectiùs legem antiquam & a Phariſaicis corruptelis purgans. &c. (*Lex Moralis eſt doctrina a Deo tradita, præcipiens, qvales nos eſſe, & qvæ facere, qvæ omittere oporteat; & requirens perfectam obedientiam erga Deum ac pronuncians iraſci Deum, & punire æterna morte non præſtantes perfectam obedientiam. X. 6.*)

a. Exod. XX, 1. 2. Und GOtt redet alle dieſe Wort: Ich bin der HERR dein GOtt, der ich dich aus Egyptenland aus dem Dienſthauſe geführet habe, du ſolt keine andere Götter neben mir haben.

Deut. V, 9. Du ſolt keine andere Götter anbethen noch ihnen dienen, denn Ich bin der HErr dein GOtt, ein eifriger GOtt, der die Miſſethat der Väter heimſuchet über die Kinder ins dritte und vierdte Glied die mich haſſen.

β. Matth. V, 17. Ihr ſolt nicht wähnen, daß ich kommen bin, das Geſetz oder die Propheten auffzulöſen, ſondern zu erfüllen.

Matth. V, 21. Ihr habt gehöret, daß zu den Alten geſagt iſt, du ſolt nicht tödten, wer aber

ber tödtet, der soll des Gerichts schuldig seyn; ich aber sage euch, wer mit seinem Bruder zürnet, der ist des Gerichtes schuldig.

§. 4. Tradita vero lex ea est solis hominibus, sed nullo tamen excepto omnibus, *α*. iisque etiam, qui nollent eidem subjici, atque qui propter carnis suæ infirmitatem eandem servare nequeunt *β*. (*Lex moralis est doctrina à Deo tradita, præcipiens, quales nos esse, & quæ facere, quæ omittere oporteat. X. 6.*)

SVBJECTVM CVI, *omnes homines sunt.*

α. Devt. XXVII, 26. Verflucht sey, wer nicht alle Worte des Gesetzes erfüllet, daß er darnach thue, und alles Volck soll sagen Amen.

Joh. XIV, 15. Liebet ihr mich, so halter meine Geboth.

1. Joh. V, 3. Das ist die Liebe zu GOtt, daß wir seine Gebot halten, und seine Gebothe sind nicht schwer.

Actor. XVII, 30. GOtt hat die Zeit der Unwissenheit übersehen, nun aber gebeut er allen Menschen an allen Enden Buße zu thun.

β. Rom. VII, 22. 23. Ich habe Lust an GOttes Gesetz nach dem inwendigen Menschen, ich sehe aber ein ander Gesetz in meinen Gliedern, das da widerstreitet dem Gesetze in meinem Gemüthe, und nimmt mich gefangen in der Sünden Gesetz, welches ist in meinen Gliedern.

§. 5.

MATERIA *ex qua, sunt decem Præcepta.*

§. 5. Continetur vero Lex Moralis in Decalogo, & lapideis tabulis olim iterata scriptione incisa fuit, α. sicut ante hanc promulgationem humani cordis tabulis impressa erat, atque hodienum reperitur impressa, β. cujus Summa Dei & proximi est dilectio. γ. (*Lex Divina est quidem cordibus hominum inscripta, ita ut humana ratio naturaliter intelligat aliquo modo legem: sed velamen positum est super cor humanum, h. e. falsa opinio animos hominum occupavit, quasi externa & civilia opera satisfaciant legi Dei. Itaque nova revelatione opus fuit, quæ in deserto facta est, ministerio Mosaico per promulgationem Decalogi.* X. 7.)

α. Deut. IV, 13. Der HErr verkündigte euch seinen Bund, den er euch geboth zu thun, nehmlich die zehen Worte, und schrieb sie auf zwo steinerne Tafeln.

Exod. XXXI, 18. Und da er HErr ausgeredet hatte mit Mose auf dem Berge Sinai, gab er ihm zwo Tafeln des Zeugniß, die waren steinern, und geschrieben mit den Fingern GOttes.

β. Rom. II, 14. 15. Die Heyden, die das Gesetz nicht haben, und doch von Natur thun des Gesetzes Werck, dieselbigen, dieweil sie das Gesetz nicht haben, sind sie ihnen selbst ein Gesetz: Damit daß sie beweisen, des Gesetzes Werck sey beschrieben in ihren Hertzen, sintemahl ihr Gewissen sie bezeuget

get, dazu auch die Gedancken, die sich unter einander verklagen oder entschuldigen.

γ. Matth. XXII, 37. 38. 39. Du solt lieben GOtt deinen HErrn von gantzen Hertzen, von gantzer Seelen, von gantzen Gemüthe, das ist das vornehmste und gröste Geboth; das andere ist dem gleich, du solt deinen Nächsten lieben, als dich selbst.

1. Timoth. I. 5. Denn die Haupt-Summa des Gebothes ist Liebe von reinen Hertzen, und von guten Gewissen, und von ungefärbten Glauben.

§. 6. Hæc Lex verò hominum obligat conscientiam ad obedientiam divinæ voluntati præstandam, α. hancque perfectissimam non partium atque gradum minus, quam perseverantiæ exigit perfectione, β. & prævaricatores, qui non præstant obedientiam, ad pœnas simul tum temporales tum æternas obstringit. γ. (*Decalogus non solum externa opera civilia, quæ ratio humana utcunque efficere potest, sed etiam alia requirit longe supra omnem rationem posita, scilicet vere timere Deum, diligere & invocare Deum.* X. 8.)

FORMA, *consistit in obligatione conscientiæ ad obedientiam aut pœnam.*

α. Matth. VII, 21. Es werden nicht alle die zu mir sagen, HErr, HErr, in das Himmelreich kommen, sondern die den Willen thun meines Vaters im Himmel.

Luc. XII, 47. Der Knecht der seines Herrn Willen weiß, und hat sich nicht bereitet, auch nicht nach seinen Willen gethan, der wird viel Streiche leiden müßen.

β. Devt. XXVII, 26. Verflucht sey, wer nicht alle Worte dieses Gesetzes erfüllet, daß er darnach thue.

Jac. II, 10. So iemand das gantze Gesetz hält, und sündiget an einem, der ists gantz schuldig.

Devt. VI, 5. Du solt den HERRN deinen GOtt lieb haben von gantzen Hertzen, von gantzer Seelen, von allen Vermögen.

Luc. X, 27. Du solt GOtt deinen HErrn lieben von gantzen Hertzen, von gantzer Seelen, von allen Kräfften, und von gantzen Gemüthe.

Gal. III, 10. Verflucht sey, der nicht bleibet in alle dem, das geschrieben stehet in dem Buche des Gesetzes, daß ers thue.

γ. Ebr. II, 2. So das Wort fest worden ist, das durch die Engel geredt ist, und eine iegliche Ubertretung und Ungehorsam hat empfangen seinen gerechten Lohn, wie wollen wir entfliehen, so wir eine solche Seligkeit nicht achten?

Ebr. X, 28. 29. Wenn iemand das Gesetz Mosis bricht, der muß sterben ohne

Barm-

Barmherzigkeit, durch zwey oder drey Zeugen. Wie viel meinet ihr ärgere Straffe wird der verdienen, der den Sohn GOttes mit Füssen tritt, und das Blut des Testaments unrein achtet, durch welches er geheiliget ist, und den Geist der Gnaden schmähet.

FINIS,

§. 7. Lata verò est Lex ideo, *est vita aeterna* ut per eam homo vitam conse- *sub conditione* qveretur æternam, si exactam ei *proposita.* videlicet præstaret obedientiam, a, quam tamen post horrendam illam naturæ nostræ corruptionem, quæ ad omnes homines pertinet, præstare jam non potest. B. (*Non potest, a renatis etiam, Lex Moralis servari sive impleri, & sic homo justificari. Sunt enim bona opera renatorum hac in vita, propter peccatum in carne hærens, imperfecta & impura. Et quanquam secundum interiorem hominem faciunt, quæ Deo placent, tamen assidue & indesinenter cum Veteri Adamo luctari necesse habent, qui tanquam asinus indomitus & contumax, subinde concupiscit adversus Spiritum: ac proinde non modo Legis doctrina, exhortationibus, comminationibus, verum etiam plagis & pœnis est coërcendus, tantum abest, ut legem servare aut implere possit.* X, 20.)

a. Luc. X, 28. Du hast recht geantwortet, thue das, so wirst du leben.

Rom. VII, 10. Ich aber starb, und es befand

 sich,

sich, daß das Gebot mir zum Tode reichte, das mir doch zum Leben gegeben war.

Galat. III, 12. Das Gesetz aber ist nicht des Glaubens, sondern der Mensch, der es thut, wird dadurch leben.

β. Actor. XIII, 38. So sey es euch nun kund, lieben Brüder, daß euch verkündiget wird Vergebung der Sünden durch diesen, und von dem allen, durch welches ihr nicht konntet im Gesetz Mose gerecht werden.

Galat. III, 21. 22. Wenn aber ein Gesetz gegeben wäre, das da könte lebendig machen, so käme die Gerechtigkeit wahrhafftig aus dem Gesetze. Aber die Schrifft hat es alles beschlossen unter die Sünde.

USUS, *qui est varius adhuc.*

§. 8. Ut ut vero Christus misertus nostræ imbecillitatis & miseriæ legem Dei perfectissime impleverit, α. & vires efficiendi aliquid, quod placeat Deo, non Lex hodie, sed Dei Spiritus donet per Evangelium, β. ex quo ingens illud discrimen inter opera renatorum & non renatorum existit; usus tamen legis hodienum adhuc est varius & præstantissimus, quo hominibus semet commendat. (*Quatuor potissimum modis Christus legem implevit moralem, explicando genuinum sensum Legis. Matth. 5. Deinde perfectam ei præstando obedientiam; derivando in se maledictionem legis & donando nobis*,

bis ſuam juſtitiam & obedientiam legi præſti-tam. X. 2. Lex inculcat quidem, eſſe voluntatem & mandatum Dei, ut in nova vita ambulemus; at vires & facultatem non donat, quibus novam obedientiam inchoare & præſtare poſſimus. Spiritus autem ſanctus, qui non per Legis, ſed per Evangelii prædicationem datur & accipitur, cor hominis renovat. X. 15. Maximè ergo differunt opera Legis & opera Spiritus, & diſcrimen illud oritur ex diverſitate hominum, qui ſecundum Legem & Voluntatem Dei vivere ſtudent: quorum alii ſunt nondum renati, alii renati. X. 17. Homo nondum renatus, qui utcunque ſecundum legem Dei vivit, & opera legis ideo facit, quia ad eum modum ſunt mandata; eamque obedientiam aut formidine pœnæ, aut ſpe præmii alicujus præſtat: is adhuc ſub lege eſt tanquam ſervus, & opera ejus proprie à D. Paulo Legis opera vocantur. X. 18. Cum autem homo per Spiritum ſanctum renatus, atque à Lege, h. e. à coactione legis liberatus eſt, jamque Spiritu Dei agitur: tum ſecundum immutabilem Dei voluntatem in lege Dei revelatam vivit: & omnia, quatenus renatus eſt, libero & promto Spiritu agit. Et talia opera proprie non ſunt appellanda opera legis ſed opera & fructus Spiritus. Hi enim homines non amplius ſub lege ſunt, ſed ſub gratia. X. 19.)

a. Matth. V, 17. Ihr ſolt nicht wehnen, daß ich kommen bin, das Geſetz oder die Pro-

pheten aufzulösen, ich bin nicht kommen aufzulösen, sondern zu erfüllen.

Rom. V, 19. Wie durch eines Menschen Ungehorsam viel Sünder worden sind: also durch eines Gehorsam werden viel Gerechte.

Galat. III, 13. Christus hat uns erlöset von dem Fluch des Gesetzes, da er ward ein Fluch vor uns.

2. Corinth. V, 21. GOtt hat den, der von keiner Sünde wuste, vor uns zur Sünde gemacht, auf daß wir würden in ihm die Gerechtigkeit, die vor GOtt gilt.

β, Rom. IV, 15. Das Gesetz richtet nur Zorn an.

Rom. I, 16, Das Evangelium von Christo ist eine Krafft GOttes, die da seelig machet alle die daran gläuben, die Jüden vornehmlich und auch die Griechen.

politicus videlicet, §. 9. Nimirum Lex Moralis externam disciplinam flagitat, & feros homines atque intractabiles quasi quibusdam repagulis per comminationem pœnarum coërcet; ut tranquillitas in societate civili retineatur. & sic Lex frenum est, ein Ziegel, α. (*Triplex in universum Legis divinæ usus est. Unus Politicus, ut disciplina externa & honestas contra feros & indomitos homines utcunque conservetur. X. 9.*)

α, Ps. XXXII, 9. Seyd nicht wie Roß und Mäu-

Mäuler, welchen man Zaum und Gebiß muß ins Maul legen, wenn sie nicht zu dir wollen.

1. Tim. I, 9. Den Gerechten ist das Gesetz nicht gegeben, sondern den Ungehorsamen, den Gottlosen und Sündern, den Unheiligen und Ungeistlichen, den Vater-Mördern, und Mutter-Mördern, und Todtschlägern.

§. 10. Eadem deinde Lex Moralis peccata nostra manifestat & redarguit, ac detecta ἀδυναμία nostra Legem implendi oblique ita ad Christum, qui eandem pro nobis implevit, nos deducit, & sic Lex Speculum est, ein Spiegel, a. (*Alter Legis usus pædagogicus est, ut peccatores ad agnitionem peccati adducantur, X. 9.*) *pædagogicus,*

a. Rom. III, 20. Durch das Gesetz kömmt Erkäntniß der Sünden.

Galat. III, 24. Also ist das Gesetz unser Zuchtmeister gewesen biß auf Christum, daß wir durch den Glauben gerecht würden.

§. 11. Tandem Moralis Lex, qua ratione homines renati omnem vitam suam instituere, atque ad debitum Deo cultum informare debeant, præcipit. Sic Lex perpendiculum nuncupatur, eine Regul. a. (*Tertius usus est Didacticus, ut per Spiritum Dei renati & ad Deum conversi, & qvibus jam velamen Mosis sublatum est, doceantur, qvomodo in vera* *didascalicus.*

pietate ambulent, & certam aliquam regulam habeant, ad quam totam suam vitam formare possint ac debeant. X. 9. Etsi credentes & ad Deum verè conversi atque justificati liberati sunt à maledictione Legis & hoc respectu verè liberi sunt & dicuntur: tamen in lege divina qvotidie exercere se debent, X. 1. Est enim Lex Dei instar speculi limpidissimi, in qvo voluntas Dei, & quæ ipsi placent, perspicuè oculis nostris proponuntur. X. 10. Est qvidem, non justo sed injustis Lex posita, ut Apostolus testatur; 1. Tim. I. 9. Hoc tamen non nude accipiendum est, qvasi justis sine lege vivere liceat; sed hæc est verborum Pauli vera & genuina sententia, quod Lex eos, qui per Christum cum Deo reconciliati sunt, maledictione sua obruere neqveat; & qvod renatis, coactione sua molesta esse non possit, quandoqvidem illi secundum interiorem hominem lege Dei delectentur, & sponte sua opera ejus faciant. X. 11. Habent enim renati legis magisterio opus, qvia renovatio & sanctificatio mentis ipsorum hâc in vitâ inchoatur tantum, non autem absolvitur, ita ut vetus Adam naturæ ipsorum omnibusque interioribus viribus semper inhæreat. X. 12. Renati non modo assidua Legis admonitione, doctrinâ & commonitionibus indigent, verum etiam castigationibus, ut veternus illis excutiatur, & Spiritui sancto obtemperent; sicut scriptum est: Bonum est mihi, Domine, qvod humiliasti me, ut discerem justificationes tuas. Ps. 119. 17. Et castigo

ſtigo corpus meum & in ſervitutem redigo, ne forte, cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus fiam. 1. *Cor.* IX, 27. *Et ſi extra diſciplinam eſtis, cujus participes facti ſunt omnes, ergo ſpurii & non filii eſtis.* *Ebr.* XII. 8. X. 13. *Facile fieri poteſt, ut renati etiam propter veterem Adamum, qui adhuc in omnibus eorum viribus infixus hæret, privatæ devotionis affectu, aliquid negotio Religionis confingant, & cultus divinos verbo Dei non inſtitutos eligant; vel ut ſibi imaginentur & perſvadeant, vitam & opera ſua omnino pura & perfecta eſſe; ideo Lex non modo admonitionibus & minis, ſed etiam pœnis & plagis veterem Adamum coërcet, ut Spiritui obſeqvatur, ſeqve ipſi captivum tradat, imo tanquam in ſpeculo commonſtret, omnia in renatis hac adhuc in vita eſſe imperfecta & impura; ita ut cum Apoſtolo fateri neceſſe habeant,* 1. *Corinth.* IV, 4. *Etſi nihil mihi conſcius ſum, tamen in eo non ſum juſtificatus.* X. 14. *Spiritus ſanctus utitur miniſterio Legis, ut per eam renatos doceat, atqve in Decalogo ipſis monſtret, quæ ſit Voluntas Dei bona & ipſi placens; ut noverint, qvibus bonis operibus danda ſit opera, qvæ Deus præparavit, ut in illis ambulemus* X. 16.)

α. Pſ. CXIX, 9. **Wie wird ein Jüngling ſeinen Weg unſträfflich gehen, wenn er ſich hält nach deinem Worte.**

Galat. VI, 16. **Wie viel nach dieſer Regul einhergehen, über die ſey Friede und**

Barmhertzigkeit, und über den Israel GOttes.

1. Tim. 1, 5. Die Haupt-Summa des Gebothes ist Liebe von reinem Hertzen, und von gutem Gewissen, und von ungefärbtem Glauben.

ARTICULUS XI.

DE EVANGELIO.

Evangelii Nomen §. 1. Autor §. 2. Subjectum cui. §. 3. Forma §. 4. Effectus §. 5.

§. 1.

NOMEN, *notat bonum nuntium, & notat aliquando etiam omnem Christi doctrinam.*

Evangelium, quod venuste Paulus λόγον dicit καταλλαγῆς, a. lætum nuntium, & concionem proprie quidem notat, a Legis doctrina prorsus quidem discrepantem, quippe quæ non aliunde nisi ex revelatione Dei immediata innotescens; promissiones continet mere gratuitas ad homines de peccatis suis vere anxios spectantes, & eosdem svavi permulcentes consolatione; ℓ. at interdum tamen pro universa Christi doctrina, ad quam vivendi utique præcepta etiam pertinent, usurpatur, qua sola ratione pœnitentiæ dici potest concio. γ. (*Lex & Evangelium differunt initio notitia: Lex enim natura est nota, quatenus aliqua ejus cognitio à Deo mentibus hominum est insita atqve insculpta. Evangelium vero est mysterium à seculis absconditum.*

tum. XI. 2. Deinde differunt materia: Lex enim versatur circa Præcepta & docet, quales nos esse, qvid facere, quidqve omittere debeamus. Evangelium vero versatur circa promissiones gratiæ. XI. 3. Tertio differunt Forma promissionum. Legis enim promissiones sunt compensatoriæ ex debito, ubi inter laborem & mercedem justa est proportio: Promissiones vero Evangelii sunt mere gratuitæ, omni respectu ad opera nostra penitus excluso. XI. 4. Quarto differunt Objecto: Lex enim pertinet ad homines securos, præfractos, Epicuræos, hypocritas, ut & ad veterem Adamum, qvatenus ipse in renatis adhuc dominium appetit. Evangelium vero ad contritos & sensu ac metu iræ divinæ prostratos, sive pauperes Spiritu. XI. 5. Quinto differunt Effectibus: Lex enim accusat, terret, iram ac damnationem operatur. Evangelium vero est potentia Dei, ad salutem omni credenti. XI. 6. Vox Evangelii tum in Sacris litteris, tum in veterum ac neotericorum scriptis duobus modis usurpatur, & accipitur. Primum enim totam Christi doctrinam significat, quam ministerio suo in his terris proposuit, & in Novo Testamento proponendam præcepit, quæqve & Legis explicationem & annunciationem gratiæ Dei complectitur. Deinde Evangelii vocabulum in alia & quidem propriissima sua significatione usurpatur, quatenus Legi ἀντιδιηρημένως opponitur: & significat lætum illud nuntium gratuitæ remissionis peccatorum propter Christum. Hoc

respectu

respectu Christus ipse duo hæc doctrinarum genera à se invicem distinguit. XI. 9. Si vocabulum Evangelii de tota Christi doctrina accipiatur & usurpetur, vera est definitio Evangelii, quod sit concio de pœnitentia & remissione peccatorum: Si vero Lex & Evangelium, sicut ipse Moses, ut Doctor Legis, & Christus, ut Doctor Evangelii, inter se conferantur, & sic Evangelium in specifica sua significatione usurpetur; tum Evangelium non est concio pœnitentiæ arguens peccata; sed proprie nihil est aliud, quam lætissimum quoddam nuncium, & concio plena consolationis, quæ non arguit aut terret, sed consolatur contra terrores legis solatur, easque in meritum solius Christi respicere jubet, & dulcissima prædicatione de gratia & favore Dei, per meritum Christi impetrato, rursus erigit. XI. 10.)

α. 2. Corinth. V, 19. GOtt war in Christo, und versöhnet die Welt mit ihm selber, und rechnet ihnen ihre Sünde nicht zu, und hat unter uns aufgerichtet das Wort von der Versöhnung.

β. Rom. XVI, 25. Durch das Evangelium und die Predigt von JEsu Christo ist das Geheimniß offenbahret, das von der Welt verschwiegen gewesen ist.

Joh. III, 16. Also hat GOtt die Welt geliebet, daß er seinen eingebohrnen Sohn gab, auf daß alle die an ihn gläuben, nicht verloh-

lohren werden, sondern das ewige Leben haben.

Rom. IV, 4. 5. Dem, der mit Wercken umgehet, wird der Lohn nicht aus Gnaden zugerechnet, sondern aus Pflicht. Dem aber, der nicht mit Wercken umgehet, gläubet aber an den, der die Gottlosen gerecht macht, dem wird sein Glaube gerechnet zur Gerechtigkeit.

Esa. LXI, 1. Der Geist des HErrn HErrn ist über mir, darum hat mich der HErr gesalbet, er hat mich gesandt, denen elenden zu predigen, die zubrochenen Hertzen zu verbinden, zu predigen denen Gefangenen eine Erledigung, denen Gebundenen eine Eröffnung.

Rom. I, 16. Ich schäme mich des Evangelii von Christo nicht, denn es ist eine Krafft GOttes, die da selig machet alle die daran gläuben, die Jüden vornehmlich und auch die Griechen.

γ. Marc. XVI, 15. Gehet hin in alle Welt, und prediget das Evangelium allen Creaturen.

Marc. I, 15. Die Zeit ist erfüllet, und das Reich GOttes ist herbey kommen. Thut Busse, und gläubet an das Evangelium.

§. 2. Evangelium specialiter sic dictum à Deo ipso post lapsum statim, α. & Prophetarum deinde Apostolorumque

AUTOR, *Deus est per Prophetas & Apostolos locutus.*

in V.& N.T. β. quin & aliquando Angelorum γ. etiam ministerio revelatum est. (*Evangelium est doctrina divinitus revelata, plena consolationis, de misericordia Dei, & gratuita remissione peccatorum, per & propter Christi meritum fide apprehensum. XI. 1.*)

α. Genes. III, 15. Und GOtt sprach zu der Schlangen: Ich will Feindschafft setzen zwischen dir und dem Weibe, und zwischen deinem Saamen und ihrem Saamen, derselbe soll dir den Kopff zertreten, und du wirst ihn in die Fersen stechen.

β. Act. XV, 43. Von diesem zeugen alle Propheten, daß durch seinen Nahmen alle die daran glauben, Vergebung der Sünden empfahen sollen.

Marc. XVI, 15. JEsus sprach zu ihnen: (denen Aposteln) gehet hin in alle Welt, und prediget das Evangelium allen Creaturen.

Rom. XVI, 25. 26. 27. Dem aber der euch stärcken kan, laut meines Evangelii und Predigt von JEsu Christo, durch welche das Geheimniß offenbaret ist, das von der Welt verschwiegen gewesen ist; Nun aber offenbaret, auch kund gemacht durch der Propheten Schrifft aus Befehl des ewigen GOttes, den Gehorsam des Glaubens aufzurichten unter allen Heyden, demselbigen GOtt, der allein weise ist, sey Ehre.

γ. Luc.

γ. Luc. II, 10. 11. Und der Engel sprach: Fürchtet euch nicht, siehe, ich verkündige euch grosse Freude, die allem Volck wiederfahren wird, denn euch ist heute der Heyland gebohren, welcher ist Christus der HERR in der Stadt David.

§. 3. Evangelium ex Dei intentione ad omnes spectat homines; α. sed actu tamen serio pœnitentibus applicatur modo & prodest. ζ. (*Evangelium ad contritos & sensu ac metu iræ divinæ prostratos, sive pauperes Spiritu, pertinet. XI, 5.*

SUBJECTUM CUI.
omnes homines sunt.

α. 1. Timoth. II, 4. GOtt will, daß allen Menschen geholffen werde, und zur Erkäntniß der Wahrheit kommen.
Marc. XVI, 15. Gehet hin in alle Welt, und prediget das Evangelium allen Creaturen.
Actor. XVII, 30. GOtt hat die Zeit der Unwissenheit übersehen, nun aber gebeut Er allen Menschen an allen Enden Buße zu thun.

ζ. Act. X, 43. Von JEsu zeugen alle Propheten, daß durch seinen Nahmen alle die an ihn gläuben, Vergebung der Sünden haben sollen.
Actor. XXVI, 18. Ich sende dich unter die Heyden, aufzuthun ihre Augen, daß sie sich bekehren von der Finsterniß zum Lichte, und von der Gewalt des Satans zu GOtt, zu empfahen Vergebung der Sünden,

den, und das Erbe samt denen die geheiliget werden durch den Glauben an GOtt.

FORMA, *absolvitur divina gratia annunciatione,*

§. 4. Concionatur vero Evangelium Dei gratiam & misericordiam, atque simul meritum Christi, quo illa nititur, & parta hoc eodem beneficia confert. *a.* (*Evangelium est doctrina plena consolationis de misericordia Dei & gratuita remissione peccatorum, per & propter Christi meritum fide apprehensum. XI. 1. Evangelium significat. lætum illud nuntium gratuitæ remissionis peccatorum propter Christum. XI. 9.*)

a. Esa. LXI, 1. 2. Der Geist des HErrn HErrn ist über mir, darum hat mich der HErr gesalbet; er hat mich gesandt denen Elenden zu predigen, die zubrochenen Hertzen zu verbinden, zu predigen den Gefangenen eine Erledigung, denen Gebundenen eine Oeffnung, zu predigen ein gnädiges Jahr des HErrn, und einen Tag der Rache unsers GOttes zu tröstten alle Traurigen.

Actor. XX, 24. Ich achte mein Leben auch selbst nicht theuer, auf daß ich vollende meinen Lauff mit Freuden, und das Amt das ich empfangen habe, von dem HErrn JEsu, zu bezeugen das Evangelium von der Gnade GOttes.

Joh. I, 16. 17. Von seiner Fülle haben wir alle genommen Gnade um Gnade: Denn das Gesetz ist durch Mosen gegeben, die Gnade

de und Wahrheit ist durch JEsum Christum worden.

Rom. X, 8. Das Wort ist dir nahe, nehmlich in deinem Munde und in deinem Hertzen. Das ist das Wort von Glauben, das wir predigen.

§. 5. Ex hac gratiæ & misericordiæ divinæ annunciatione oritur fides salvifica, α. in hominum animis, qui exinde justificantur etiam β. regenerantur, γ. & æternæ salutis tandem redduntur participes δ.

EFFECTUS, *fides, & per fidem justificatio & salvatio.*

α. Rom. X, 17. So kommt der Glaube aus der Predigt, das predigen aber durch das Wort GOttes.

Galat. III, 2. Habt ihr den Geist empfangen durch des Gesetzes Werck, oder durch die Predigt vom Glauben?

β. Luc. I, 76. 77. Du wirst vor dem HErrn hergehen, daß du seinen Weg bereitest, und Erkäntniß des Heils gebest seinem Volck, die da ist in Vergebung ihrer Sünden.

γ. 1. Petr. I, 23. Ihr seyd wiedergebohren nicht aus vergänglichen, sondern aus unvergänglichen Saamen, nehmlich aus dem lebendigen Wort GOttes, das da ewig bleibet.

Jac. I, 18. Er hat uns gezeuget nach seinem Willen durch das Wort der

Wahrheit, auff daß wir wären Erstlinge seiner Creaturen.

9. Rom. I, 16. Das Evangelium von Christo ist eine Krafft GOttes, die da seelig machet alle, die daran gläuben, die Jüden vornehmlich und auch die Griechen.

ARTICULUS XII.

DE SACRAMENTIS.

Sacramentorum Nomen §. 1. Causa Efficiens §. 2. Materia ex qua §. 3. Forma §. 4. Finis §. 5. Distinctio §. 6. Numerus §. 7.

§. 1.

NOMEN, *diversa notans, a sacrificio distinguendum.*

SAcramentum, quæ vox profanis Scriptoribus idem quod juramentum, & cum primis militare, significat, hic solennem qvandam actionem Dei, nitentem mandato potissimum, notat, aliquando tamen de re etiam secreta & ἀπαταλήπτῳ, in vulgata nimirum locorum Eph. V, 32. 1. Timoth. III, 16. versione, itemque pro quocunque cœlestis alterius rei signo usurpatur, & a sacrificio omnino differt, quæ vox tum ipsam Christi immolationem in Crucis factam ara, α. tum munerum certorum Deo consecratorum oblationes, à Levitis ferendas, quæ jam desierunt, notabat, β. imo & hodie actus quosdam pietatis nostræ signat. γ. (*Sacrificium est Ceremonia vel opus & a DEO man-*

mandatum, quod nos Deo reddimus, ut ipsum honore afficiamus. XXII. 1. Differt Sacrificium à Sacramento. Sacramentum est Ceremonia vel opus, in quo Deus nobis exhibet hoc, quod offert annexa ceremoniæ promissio: Sacrificium vero, uti jam dictum, est opus, quo nos Deo aliquid exhibemus. XXII. 2. Duæ tantum sunt Sacrificii species: Unum est propitiatorium, hoc est, opus satisfactorium pro culpa & pœna, reconcilians Deum & placans iram ejus, aliisque meretur remissionem peccatorum. Quale Sacrificium tantum unicum in mundo est oblatum, & quidem semel, neque repeti potest aut debet, videlicet Sacrificium mortis Christi. Altera species est sacrificium Eucharisticum, quod non meretur remissionem peccatorum, aut reconciliationem; sed fit à reconciliatis, ut pro accepta remissione peccatorum, & pro aliis acceptis beneficiis gratias Deo agant: Qualia sacrificia in Veteri Testamento erant oblatio, libatio, retributiones, primitiæ, decimæ. XXII. 3. Quædam sacrificia Levitica erant etiam propitiatoria, sed sic dicebantur propter significationem sive similitudinem, non quod sua virtute aut per se merentur remissionem peccatorum coram Deo; sed partim quia typum gerebant promissi mundi Messiæ, unici veri propitiatoris: partim, quia merebantur remissionem peccatorum, secundum justitiam legis, ne videlicet illi, pro quibus fiebant, excluderentur ab ista politia. Et hoc respectu Ecclesiastico dicebantur sacrificia propitiatoria

pro peccato, pro delicto, & holocausto. XXII, 4. Illa sacrificia Levitica non locum habent in Ecclesia Dei. Quia enim Lex Levitica cessare in Evangelii revelatione debuit: cessarunt & hæc sacrificia, & vel ideo non erant vere propitiationes, cum Evangelium ideo promissum sit, ut exhibeat veram propitiationem. XXII, 5. Sacrificia Eucharistica non sunt uniusmodi. Quædam enim erant externa, in Levitico Mosis descripta, & jam pridem antiquata. Quædam vero sunt sacrificia Eucharistica spiritualia, utrique Testamento communia, & ad finem usque seculi duratura: qualia sunt sacrificia laudis: ut prædicatio Evangelii, fides, invocatio, gratiarum actio, confessio, afflictiones sanctorum: imo omnia opera sanctorum. XXII. 6.)

a. Ebr. IX, 28. Also ist Christus einmahl geopffert, weg zu nehmen vieler Sünde, zum andern mahle wird er aber ohne Sünde erscheinen, denen die auf ihn warten zur Seeligkeit.

Ebr. X, 14. Mit einem Opffer hat er in Ewigkeit vollendet die geheiliget werden.

b. Ebr. IX, 9, Die erste Hütte muste zur selbigen Zeit ein Fürbild seyn, in welcher Gaben und Opffer geopffert worden.

γ. Malach. I, 11. Aber von Auffgang der Sonnen biß zum Niedergang soll mein Nahme herrlich werden unter den Heyden, uñ an allen Orten soll meinem Nahmen geräuchert, und

und ein rein Speiß-Opffer geopffert werden.

1. Petr. II, 5. Und auch ihr als die lebendige Steine bauet euch zum geistlichen Hause, und zum heiligen Priesterthum zu opffern geistliche Opffer, die GOtt angenehme sind durch JEsum Christum.

§. 2. Instituit Sacramenta Deus, salutis media ipse salutis nostræ autor, α. & N. T. maxime sacramenta, pro potestate sibi ex unionis competente gratia, Christus etiam secundum humanam naturam, β. voluitque hominum ministerio aliis ea hominibus dispensari, γ. (*Non est autoritatis humanæ promittere gratiam; sed solius Dei. Jam cum sacramenta sint sigilla gratiæ, utiqve Deum solum autorem habeant necesse est: ac proinde Sacramenta sine mandato Dei instituta, non sunt certa signa gratiæ: etiamsi fortasse possint rudes docere & admonere aliqvid. XIX. 1. Vulgo definiuntur sacramenta, qvod sint ritus, qui habent mandatum Dei, & qvibus addita est promissio gratiæ. XIX. 2. Rectius definitur Sacramentum, quod sit actio sacra divinitus instituta, tum elemento, sive signo externo, tum re cœlesti constans, qua Deus non solum obsignat promissionem gratiæ, hoc est, gratuitæ reconciliationis, Evangelii propriam: sed etiam bona cœlestia, in singulorum Sacramentorum institutione promissa, per externa elemen-*

CAUSA EFFICIENS, *Deus, & specialim Christus.*

elementa, singulis sacramento utentibus vere exhibet; fidelibus autem salutariter applicat. XIX. 3.)

α. Joh. III, 26. 27. Die Jünger Johannis kamen zu ihm und sprachen: Meister, der bey dir war jenseit dem Jordan, von dem du zeugetest, siehe, der täuffet, und jedermann kömmt zu ihm. Johannes antwortete und sprach: Ein Mensch kan nichts nehmen, es werde ihm denn gegeben vom Himmel.

β. Matth. XXVIII, 18. 19. JEsus sprach: Mir ist gegeben alle Gewalt im Himmel und auff Erden, darum gehet hin und lehret alle Völcker, und täuffet sie im Nahmen des Vaters, und des Sohnes, und des heiligen Geistes.

Matth. XXVI, 26. Da sie assen, nahm JEsus das Brodt, dancket und brachs, und gabs den Jüngern, und sprach: nehmet, esset, das ist mein Leib ꝛc.

γ. 1. Corinth. IV, 1. Davor halte uns jedermann nehmlich vor Christus Diener und Haußhalter über GOttes Geheimniß.

1. Corinth. XI, 23. Ich habe es von dem HErrn empfangen, das ich euch gegeben habe.

MATERIA *ex qua, res terrestris & cœlestis,*

§. 3. In Sacramentis sub terrena aliqua & visibili re cœlestis quædam & invisibilis exhibetur hominibus, estque hujus illa velut quoddam vehiculum & medium divinitus

tus

tus in ſalutem noſtram ordinatum. α. (*Sacramentorum eſſentiam ſive ſubſtantiam duo abſolvunt: res nimirum terrena & res cœleſtis. Terrena eſt Elementum viſibile, quale fuit in circumciſione, amputatio præputii, in Agno Paſchali, manducatio agni, in Baptiſmo vero eſt Aqua; in Cœna Domini, panis & vinum. Res ſpiritualis eſt Corpus & Sanguis Chriſti, in Sacramentis Veteris Teſtamenti typice, in Sacramentis vero Novi Teſtamenti, realiter præſentia. XIX, 6.*

α. Joh. III, 5. Es ſey denn das iemand gebohren werde aus dem Waſſer und Geiſt, ſo kan er nicht in das Reich GOttes kommen.

Matth. XXVI, 26. 27. 28. JEſus nahm das Brodt, dancket und brachs, und gab es denen Jüngern und ſprach: Nehmet, eſſet, das iſt mein Leib. Und er nahm den Kelch und dancket, gab ihnen den und ſprach: Trincket alle daraus, das iſt mein Blut des Neuen Teſtaments.

§. 4. Hæ res poſt Symbolorum conſecrationem junctæ exhibentur per Miniſtros Eccleſiæ hodie, & porrectæ ab his, qui ſacramento uſuri accedunt, accipiuntur, α. prout & in V. T. circumcidi, mactare agnum, & mactati carnem comedere, ſacramenta erant. β. (*Uſum & fructum Sacramentorum deſignat verbum, idque geminum: Unum mandati, quod ipſam formam*

FORMA, *δόσει & λήψει conſtituitur.*

ſive

sive actionem concernit; ut Edite, Bibite, Baptizate &c. Alterum promissionis, quod remissionem peccatorum, justitiam & vitam æternam pollicetur singulis Sacramento fide utentibus: ut, qvi crediderit, & baptizatus fuerit, salvabitur. Item hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: & hic est calix Novi Testamenti in meo sangvine, qui pro multis effunditur, in remissionem peccatorum. XIX. 7.)

α, Matth. XXVIII, 19. Gehet hin und lehret alle Völcker, und täuffet sie im Nahmen des Vaters, des Sohnes, und des Heiligen Geistes.

Matth. XXVI, 26. 27. Nehmet, esset, das ist mein Leib, trincket alle daraus.

β. Genes. XVII, 11. Ihr solt die Vorhaut an eurem Fleisch beschneiden.

Exod. XII, 6. 8. Ein iegliches Häufflein in Israel soll das Lamm schlachten zwischen Abend; und solt also Fleisch essen in derselbigen Nacht am Feuer gebraten. 2c.

FINIS.

gratia collatio & obsignatio.

§. 5. Ideo vero conjuncta cum externis his symbolis cœlestis res exhibetur, ut sic gratia Dei conferatur & obsignetur hominibus, α. quæ ad omnes quidem divinæ misericordiæ intentione pertinet, at fructuosa tamen solis est credentibus, cum hypocritæ aut infideles, & qui sine bonis motibus internis ex opere operato prodesse sibi in salutem arbitrantur, rem quidem sa-

crameni, non autem fructum consequantur. β. (*Alterum verbum esse promissionis, quod Remissionem peccatorum, Justitiam & vitam æternam pollicetur singulis Sacramento fide utentibus, ut qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvabitur: item hoc est corpus meum, quod pro vobis datur; & hic est calix Novi Testamenti, in meo sanguine, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. XIX. 7. Sacramentum est actio sacra, qua Deus non solum obsignat promissionem gratiæ, h. e. gratuitæ reconciliationis, Evangelii propriam; sed etiam bona cœlestia, in singulorum Sacramentorum institutione promissa, per externa Elementa, singulis sacramento utentibus vere exhibet. Fidelibus autem salutariter applicat. XIX. 3. Sic utendum est Sacramentis, ut fides accedat, quæ credat promissionibus illis, quæ per Sacramenta exhibentur, hoc est, qvæ certo credat exhiberi & accipi res promissas in Sacramentis. XIX. 15. Hanc Pontificiorum sententiam, qui statuunt, Sacramenta non ponenti obicem, & quidem sine bono motu utenti conferre gratiam ex opere operato, simpliciter damno. XIX. 16. Sic vero statuunt illi: Non requiri, ut homo se disponat ad usum Sacramenti salutarem, neque etiam requiri bonum motum interiorem in suscipiente Sacramentum: sed ex eo ipso, quod opus illud, hoc est, Sacramentum peragitur, & accipitur, gratiam utentibus conferri, dummodo obex non ponatur, hoc est, peccati mortalis reatus, vel*

ejus ſaltem propoſitum non adſit. XIX. 17. Eam Romanenſium ſententiam has ob cauſas improbandam ſtatuimus. Primum Judaica eſt opinio, ſentire, quod per ceremoniam juſtificemur, ſine bono motu cordis, hoc eſt, ſine fide. Deinde Paulus reclamat & negat, Abrahamum juſtificatum eſſe circumciſione: ſed potius aſſerit, circumciſionem fuiſſe ſignum propoſitum ad exercendam fidem. Tertio, Promiſſio eſt inutilis, niſi fide accipiatur. At ſacramenta ſunt ſigna promiſſionum. Ergo in uſu debet accedere fides. Quarto, fanatica opinio de opere operato, ſine bono motu utentis, peperit infinitos in Eccleſia abuſus, cumprimis profanationem illam multiplicem Miſſarum. Tandem, nulla litera ex Scripturis ſacris & veteribus ſcriptoribus proferri poteſt, quæ patrocinetur Romanenſibus: imo contrarium ait Auguſtinus, quod fides Sacramenti, non Sacramentum juſtificet. Et D. Paulus: Corde creditur ad juſtitiam. Rom. X, 10. XIX. 18.)

a. Joh. III, 5. Es ſey denn daß iemand gebohren werde aus dem Waſſer und Geiſt, kan er nicht in das Reich GOttes kommen.

Rom. IV, 11. Das Zeichen in der Beſchneidung empfieng Abraham zum Siegel der Gerechtigkeit des Glaubens.

Epheſ. V, 25. 26. Chriſtus hat geliebet die Gemeine, und hat ſich ſelbſt vor ſie gegeben, auf daß er ſie heilige, und hat ſie gereiniget durchs Waſſerbad im Wort.

1. Corinth. X, 16. Der gesegnete Kelch, welchen wir segnen, ist der nicht die Gemeinschafft des Blutes Christi? Das Brodt, das wir brechen, ist das nicht die Gemeinschafft des Leibes Christi?

ß. Marc. XVI, 16. Wer da gläubet und getaufft wird, der wird selig werden.

1. Corinth. XI, 29. Wer unwürdig isset und trincket, der isset und trincket ihm selber das Gerichte, damit, daß er nicht unterscheidet den Leib des HErrn.

Ebr. IV, 2. Das Wort der Prediger halff jene nichts, da nicht gläubeten die, so es höreten.

§. 6. Alia V. T. habuit Sacramenta, Circumcisionis & Paschalis agni, quæ ad Messiam incarnandum & sanguinem suum pro hominibus olim effusurum suam habuerunt σχέσιν, α. alia nunc N. habet, in quibus beneficia manifestati in carne Servatoris effuso sanguine parta exhibentur. ß. (*Duplicia sunt Sacramenta: Alia veteris, alia N. Testamenti: illa umbram rerum futurarum, hoc est, typum Corporis & Sangvinis Christi habuerunt; hæc vero ipsam substantiam sive Corpus. XIX. 4.*)

DISTINCTIO, *V. & N. T. Sacramenta sunt.*

α. Coloss. II, 17. Dieses (Speise, Feyertage, Sabbather,) ist der Schatten von dem das zukünfftig war; aber der Cörper selbst ist in Christo.

Ebr.

Ebr. X, 1. Das Gesetz hat den Schatten von den zukünfftigen Gütern, nicht das Wesen der Güter selbst.

1. Corinth. V, 7. Denn wir haben auch ein Osterlamm, welches ist Christus vor uns geopffert.

NUMERUS. *Sacramenta N. T. duo sunt.*

§. 7. Duæ verò potissimum sunt actiones divinitus constitutæ, quibus mediantibus per signum visibile suam Deus gratiam & cœlestia bona offert hominibus & confert. (*Duo tantum propriissimè loquendo sunt Sacramenta N. T. nempe Baptismus & Cœna Domini XIX. 8.*)

α. 1. Joh. V, 6. Dieser ists der kommt mit Wasser und Blut, JEsus Christus, nicht mit Wasser allein, sondern mit Wasser und Blut.

1. Corinth. XII, 13. Denn wir sind durch einen Geist alle zu einem Leibe getaufft, wir seyn Jüden oder Griechen, Knecht oder Freyer, und sind alle zu einem Geist getränket.

non septem, quæ Pontificii enumerant,

§. 8. Atque cum aliæ actiones, quas sacras & ipsas Pontificii vendi-tant, & Sacramentorum insigniunt, nomine, vel non sint institutæ à Deo, vel externo Symbolo destituantur, imo promissionem non habeant adjunctam, non est dubium quin male in istorum censum referantur Confirmatio, Pœnitentia, Extrema Unctio, Ordo & Matrimonium. (*Refert quidem Apologia*

Con-

Confessionis Augustanæ absolutionem quoque in numerum Sacramentorum: sed impropriè loquendo, tantum propter analogiam ac similitudinem, qvam cum reliquis Sacramentis proprie sic dictis obtinet. XIX. 9. Analogia vero hæc in eo consistit, quod absolutio æqve ac Sacramenta propriè sic dicta, 1. a Deo est mandata, 2. Promissionem gratiæ singulis credentibus applicat, 3. quia in quibusdam locis constat externa Ceremonia, nempe impositione manuum. XIX. 10. Qvia ritu sive ceremonia a Deo ipso instituta, & quidem externo constante Elemento, Absolutio destituitur, patet impropriè & laxa significatione eam appellari Sacramentum pœnitentiæ: id quod ipsa agnovit Apologia: si, inqviens, omnes res annumerari Sacramentis debeant, quæ mandatum Dei habent & quibus promissiones additæ sunt, oratio quoque, eleemosynæ, afflictiones, omnes hominum status atqve conditiones a Deo institutæ & comprobatæ, pro Sacramentis habenda essent. XIX. 11. Sic nec Confirmatio & extrema unctio possunt dici Sacramenta propriè sic dicta: Sunt enim ritus isti non â Deo instituti, sed a Patribus accepti, quos ne Ecclesia quidem tanqvam necessarios ad salutem reqvirit. Deinde non habent promissionem gratiæ: Ergo neque Sacramentorum propriè dictorum definitio illis competit. XIX. 12. Idem statuo de Ordine, qvem Pontificii itidem inter Sacramenta referunt. Etsi enim Ministerium Verbi â Deo est institutum, &

magni-

magnificas habet promissiones: quia tamen ritus Ordinationis, qui fit per impositionem manuum, & mandato & promissione Dei destituitur: certe non nisi impropriè & in generali significatione, ordo iste sive ministeriam verbi, Sacramentum dicitur. XIX. 13. Neqve Matrimonium novi Testamenti Sacramentum propriè sic dictum esse judico. Nam primum illud non est institutum in Novo Testamento, sed statim initio creato genere humano. Deinde habet quidem illud mandatum Dei, habet etiam promissiones; sed non ad Novum Testamentum sive salutem nostram, sed ad vitam hanc corporalem tantum pertinentes. XIX. 14.

ARTICULUS XIII.

DE BAPTISMO.

Baptismi Nomen §. 1. Origo §. 2. Subjectum §. 3. Materia ex qva §. 4. Forma §. 5. Effectus §. 6. Necessitas §. 8.

§. 1.

NOMEN, *notat ablutionem.* Baptismus, primum novi fœderis sacramentum a βαπτίζειν dicitur, & ablutionem, sive immergendo fiat illa, sive aspergendo (vid. Matth. III. 16. Marc. VII. 4. & Luc. XI. 38.) notat propriè, aliisque nominibus â Spiritu S. lavacrum regenerationis & renovationis, lavacrum aquæ, immersio, circumcisio ἀχειροποίητος, a-

imo

imo & cum addito, fluminis baptismus interdum nuncupatur, ut a sangvinis, luminis, flaminis baptismo distinguatur, &c.

a. Tit. III, 5. Nicht um der Wercke willen der Gerechtigkeit, die wir gethan hatten, sondern nach seiner grossen Barmhertzigkeit machet er uns seelig, durch das Bad der Wiedergeburth und Erneuerung des heiligen Geistes.

Ephes. V, 25. 26. Christus hat geliebet die Gemeine, und hat sich selbst vor sie gegeben, auf daß er sie heiliget, und hat sie gereiniget durchs Wasser-Bad im Wort.

Coloss. II, 11. 12. In Christo seyd ihr beschnitten mit der Beschneidung ohne Hände, durch Ablegung des sündlichen Leibes im Fleische, nehmlich mit der Beschneidung Christi, in dem daß ihr mit ihm begraben seyd durch die Taufte.

&c. Luc. XII, 50. Ich muß mich zuvor tauffen lassen mit einer Taufte, und wie ist mir so bange, biß sie vollendet werde.

Matth. XXI, 25. Woher war die Taufte Johannis, war sie vom Himmel oder von denen Menschen?

Actor. I, 5. Johannes hat mit Wasser getaufft, ihr aber solt mit dem heiligen Geist getauffet werden, nicht lange nach diesen Tagen.

AVTOR, *Deus est trinunus & speciatim Christus Θεάνθρωπος.*

§. 2. Habet autorem baptismus Deum, trinunum atque Christum etiam Θεάνθρωπον, a. qui eundem non instituit modo atque frequentari præcepit, verum etiam efficacem reddit ad conferendum salutarem fructum, prout & Johannem misit ad baptizandum, &c. & eundem à suæ Ecclesiæ ministris ordinarie atque extra casum necessitatis vult administrari. γ. (*Baptismus est aqua divino mandato comprehensa, & verbo Dei obsignata XX. 1. Baptismus est necessarius ad salutem propter mandatum Dei. XIX. 3.*)

a. Matth. XXVIII, 18. 19. Und JEsus sprach: Mir ist gegeben alle Gewalt, im Himmel und auf Erden. Darum gehet hin und lehret alle Völcker, und täuffet sie im Nahmen des Vaters, und des Sohnes, und des Heiligen Geistes.

Luc. VII, 30. Die Pharisäer und Schrifftgelehrten verachteten GOttes Rath wider sich selbst, und liessen sich nicht täuffen.

ε. Joh. I, 32. 33. Und Johannes zeugete und sprach: ich sahe, daß der Geist herab fuhr, wie eine Taube vom Himmel, und blieb auf ihm, und ich kannte ihn nicht, aber der mich sandte zu täuffen mit Wasser, derselbige sprach zu mir: über welchen du sehen wirst den Geist herab fahren, und auf ihm bleiben,

der-

derſelbige iſts, der mit dem heiligen Geiſt täuffet.

β. 1. Corinth. IV, 1. Davor halt uns jedermann, nehmlich vor Chriſtus Diener und Haußhalter über GOttes Geheimniß.

§. 3. Baptismus pertinet ad omnes homines, α. quibus, nuper modo etiam natis, adeoque infantibus adhuc, illud gratiæ medium debet applicari, β. prout & adultis, ſi non reſiſtant, in fidei ipſorum confirmationem conferendus eſt. (*Babtizandi ſunt infantes, qui nuper hanc in lucem ſunt editi. XX. 8. Nam Chriſtus baptizari juſſit omnes gentes. Ergo & infantes. Deinde, Regnum Chriſti tantum cum verbo & Sacramentis exiſtit. Ergo infantes quoque regno Chriſti ut inferantur, non niſi mediante Baptiſmo fieri poteſt. Tertio, promiſſio ſalutis pertinet etiam ad parvulos: ergo ad eosdem infantes pertinent etiam media, quibus promiſſio ſalutis applicatur & obſignatur. Quarto, Deus ipſe teſtatum fecit, ſe approbare Baptiſmum parvulorum, dum hactenus tot ſeculis Eccleſiam iſto Sacramenti uſu infantibus collato, ex genere humano collegit: Spiritum ſanctum iisdem baptizatis impertivit, ac tandem æternum plurimos ſalvos fecit. Tandem, Baptiſmus ſucceſſit in locum Circumciſionis. Sicut ergo Circumciſio infantibus ceu ſignum fœderis collata fuit: ita eadem Baptiſmi ſit ratio neceſſe eſt. XX. 9. maxime ergo ſtatuo, omnes infantes baptiza-*

SUBJECTUM, *omnes homines, etiam infantes.*

tos vere regenerari, & recipi in gratiam Dei. XX. 10. Imo infantes baptizatos vere credere in Christum assero. Nam infantes per baptismum, virtute Spiritus S. vera fide donari, vel inde patet, quod regenerantur. Jam autem vera regeneratio sine fide esse nequit. Quid? quod Christus ipse dilucide asserit, infantes in se credere. XX. 11. Deinde adulti etiam sunt baptizandi, quotquot quidem ad nostram Ecclesiam se aggregant, & fidei orthodoxæ confessionem edere possunt. XX. 12. Ad quæstionem vero, an omnes adulti baptizati æque regenerentur, atque infantes? Respondeo per distinctionem: si nimirum adulti corde vere credunt, ut ore professionem fidei edunt, tum vere salutarem percipiunt Baptismum: sin vero dolus aut hypocrisis subest, tum verum quidem Baptismum, hoc est, integrum qvoad Substantiam, sed non salutarem percipiunt. Nam citra fidem nihil prodest Baptismus: & sola fides personam dignam facit, ut hanc salutarem & divinam aquam utiliter suscipiat. XX. 13.)

a. Matth. XXVIII, 19. Gehet hin und lehret alle Völcker, und täuffet sie im Nahmen des Vaters und des Sohnes und des heiligen Geistes.

Marc. XVI, 15. 16. Gehet hin in alle Welt, und prediget das Evangelium allen Creaturen. Wer da gläubet und getaufft wird, der wird seelig werden, wer aber nicht gläubet, der wird verdammet werden.

Joh.

Joh. III, 5. Es sey denn, daß iemand wiedergebohren werde aus dem Wasser und Geist, so kan er nicht in das Reich GOttes kommen.

ß. Matth. XVIII, 14. Es ist vor eurem Vater im Himmel nicht der Wille, daß iemand von diesen kleinen verlohren werde.

Marc. X, 14. Lasset die Kindlein zu mir kommen, und wehret ihnen nicht, denn solcher ist das Reich GOttes.

Genes. XVII, 12. Ein iegliches Knäblein, wenn es acht Tage alt ist, solt ihr beschneiden bey euren Nachkommen.

Colos. II, 11. In Christo seyd ihr auch beschnitten, mit der Beschneidung ohne Hände, durch Ablegung des sündlichen Leibes im Fleische, nehmlich mit der Beschneidung Christi.

§. 4. Adhibetur in Baptismo aqua naturalis pura (rem terrenam vocant Theologi) cum qua Spiritus S. divino mediante verbo & per influxum singularem unitur. *a.* (*Baptismus non est simpliciter aqva, sed est aqva divino mandato comprehensa, & verbo Dei obsignata. XX. 1. Aqua certe duntaxat tam magnas res non efficit, sed verbum Dei, quod in & cum aqua est, & Fides, quæ Verbo Dei aquæ addito, credit. Quia aqua sine verbo Dei est simpliciter aqua & non Baptismus, sed addito verbo Dei est Ba-*

MATERIA, *ex qua, aqua & Spiritus S.*

ptismus,

ptiſmus, h. e. ſalutaris aqua gratiæ & vitæ, & lavacrum regenerationis in Spiritu S. XX. 6. Diſtinguere quidem, ſed non divellere aquam à verbo licebit, in eodem actu Baptiſmi. Nam hæc aqua verbo Dei ita eſt ſanctificata, ut nihil aliud ſit, qvam divina aqua: non quod aqua hæc in & per ſe qvavis alia ſit præſtantior, ſed quod ei verbum ac præceptum Dei acceſſerit. Jam vero, ſi verbum ab aqua ſeparaveris, non alia eſt aqva, atqve illa, quæ in communi vita uſurpatur: verbo autem hoc conjuncta, tum Sacramentum eſt, ac Chriſti Baptiſmus dicitur. XX. 7.)

a. Joh. III, 5. Es ſey denn, daß jemand gebohren werde aus dem Waſſer und Geiſt, ſo kan er nicht in das Reich GOttes komen.

Tit. III, 5. 6. Nicht um der Wercke willen der Gerechtigkeit, die wir gethan hatten, ſondern nach ſeiner Barmhertzigkeit machet uns GOTT ſeelig, durch das Bad der Wiedergeburth und Erneuerung des H. Geiſtes, welchen er ausgegoſſen hat über uns reichlich durch JEſum Chriſtum unſern Heyland.

FORMA, *abſolvitur aqua vel aſperſione vel immerſione in eam baptizandi.*

§. 5. Fit vero Baptismus, cum inter verborum inſtitutionis recitationem baptizandus vel immergitur aquæ, vel eadem aſpergitur, & cœleſtis ita gratia ipſi confertur. *a.* Cum quibus actibus in Eccleſia noſtra actus alii

ad vim Baptiſmi declarandam conjunguntur: ritus videlicet Exorciſmi antiqvus, ſignum Crucis, & Abdicatio Satanæ per ſponſores ſignificanda. (*Immerſio illa in aquam & emerſio in actu baptiſmi ſignificat, quod vetus Adam, qui adhuc in nobis eſt, ſubinde per quotidianam mortificationem ac pœnitentiam in nobis ſubmergi & extingvi debeat, una cum omnibus peccatis & malis concupiſcentiis, atque rurſus qvotidie emergere ac reſurgere novus homo, qvi in ſanctitate & juſtitia coram Deo vivat in æternum. XX. 17.*)

α. Matth. XXVIII, 19. Gehet hin und lehret alle Völcker, und täuffet ſie im Nahmen des Vaters, und des Sohnes und des Heiligen Geiſtes.

Rom. VI, 4. So ſind wir ie mit Chriſto begraben durch die Tauffe in den Todt, auff daß, gleichwie Chriſtus iſt aufferwecket von den Todten durch die Herrlichkeit des Vaters, alſo ſollen auch wir in einem neuen Leben wandeln.

§. 6. Operatur vere Baptiſmus in nobis peccatorum remiſſionem ſive juſtificationem α; ſiquidem & Fides, quæ juſtificationis medium eſt, infantibus teneris per Baptiſmum confertur; in adultis autem, utpote ex verbo jam concepta, tantum confirmatur β. qua ratione Baptiſmi, utut non iterandi amplius, efficacia in futu-

EFFECTUS, *Juſtificatio eſt, & fides ſimul confertur,*

futurum etiam valet, quippe qui ad fidei confirmationem & ulteriorem renovationem insigniter prodest. γ. (*Operatur Baptismus remissionem peccatorum, liberat â morte & diabolo & donat æternam beatitudinem omnibus & singulis, qui credunt hoc, quod verba & promissiones divinæ pollicentur. XX. 4. Aqua vero duntaxat non efficit tam magnas res, sed verbum Dei, quod in & cum aqua est, & fides, quæ Verbo Dei, aquæ addito credit. Quia aqua sine verbo Dei est simpliciter aqua, & non baptismus, sed addito verbo Dei est baptismus, h. e. salutaris aqua gratiæ & vitæ, & lavacrum regenerationis in Spiritu S. XX. 6. Recte asseritur, infantes baptizatos vere credere in Christum. Nam eosdem per baptismum virtute Spiritus S. vera fide donari, vel inde patet, quod regenerantur. Jam autem vera regeneratio sine fide esse nequit. Quid? quod Christus ipse dilucide asserit, infantes in se credere. XX. 11. Adulti etiam baptizandi sunt, quotquot quidem ad nostram Ecclesiam se aggregant, & fidei orthodoxæ confessionem edere possunt. XX. 12. Hi adulti si corde vere credunt, uti ore professionem fidei edunt, tum vere salutarem percipiunt baptismum: sin vero dolus aut hypocrisis subest, tum verum quidem baptismum, h. e. integrum quoad substantiam, sed non salutarem percipiunt. Nam citra fidem nihil prodest baptismus; & sola fides personam dignam facit, ut hanc salutarem & divinam aquam utiliter suscipiat.*

XX.

XX. 13. Baptiſmus non eſt iterandus, qui ſemper verus eſt & manet, ac integra permanet ejus ſubſtantia. Siquidem quod Deus ſemel ordinavit, illud hominum incredulitate everti non poteſt. XX. 14. Quodſi baptizatus gratia Dei excidat, tamen baptiſmus repeti non debet. Nam licet aliquis ſalutari fructu baptiſmi per peccata excidat; tamen ſubinde regreſſus ad eum patet, ſi videlicet veterem hominem pœnitententiæ jugo ſubjiciat; Verum ut aqua iterum perfundatur, non eſt neceſſe XX. 15. Quia ſi vel maxime talis centies in aqvam immergeretur; non tamen niſi unus baptiſmus ipſi conferretur: ille nimirum, qui eſt ſtipulatio bonæ Conſcientiæ cum Deo. Quæ ſtipulatio ex parte Dei ſemper manet ἀμεταμέλητος ſive immutabilis. Proinde ſi quis poſt perceptum Baptiſmum excidat gratia Dei, ſed per veram pœnitentiam redeat, tum ſtatim baptiſmus ſemel ipſi collatus iterum ipſi incipit eſſe ſalutaris. XX. 16.)

α. Actor. II, 28. Thut Buſſe, und laſſe ſich ein ieglicher täuffen auf den Nahmen JESU Chriſti, zur Vergebung der Sünden, ſo werdet ihr empfahen die Gabe des Heil. Geiſtes.

Rom. VI, 3. Wiſſet ihr nicht, daß alle, die wir in JEſum Chriſt getaufft ſind, die ſind in ſeinen Tod getaufft.

Eph. V, 26. Chriſtus hat ſie (die Gemeine) gereiniget durch das Waſſer-Bad im Wort.

§. Galat. III, 26. 27. Denn ihr seyd alle GOttes Kinder, durch den Glauben an Christo JEsu, denn wie viel euer getauffet sind, die haben Christum angezogen.

Matth. XVIII, 6. Wer ärgert dieser geringsten einen, die an mich gläuben, dem wäre besser, daß ein Mühlstein an seinen Hals gehänget würde, und ersäuffet würde im Meer, da es am tiefsten ist.

γ. 1. Petr. III, 21. Das Wasser macht uns seelig in der Tauffe, die durch jenes bedeutet ist. Nicht das Abthun des Unflaths am Fleisch, sondern der Bund eines guten Gewissens mit GOtt durch die Aufferstehung JEsu Christi.

Renovatio deinde & vita æterna

§. 7. Deinde renovationem etiam Baptismus operatur, quandoquidem novarum virium, quæ ad vitam Deo placituram necessariæ sunt, ex eodem consequimur donationem α. quin & per eundem, ut hæredes hic, ita tandem vere participes vitæ reddimur æternæ. ℭ. (*Baptismus operatur remissionem peccatorum, liberat a morte & diabolo, donat æternam beatitudinem omnibus & singulis, qui credunt hoc, quod verba & promissiones divinæ pollicentur, XX. 4.*)

α. Tit. III, 5. 6. Nach seiner Barmhertzigkeit machet er uns seelig, durch das Bad der Wiedergeburth und Erneuerung des Heil. Geistes, welchen er ausgegossen hat

hat über uns reichlich, durch JEsum Christum, unsern Heyland.

Rom. VI, 4. So sind wir ie mit Christo begraben durch die Tauffe in den Tod, auf daß gleich wie Christus ist auferwecket von den Todten, durch die Herrlichkeit des Vaters, also sollen wir auch in einem neuen Leben wandeln.

2. Corinth. V, 17. Ist jemand in Christo, so ist er eine neue Creatur.

6. Marc. XVI, 16. Wer da gläubet und getaufft wird, der wird seelig werden, wer aber nicht gläubet, der wird verdammet werden.

1. Petr. I, 3. 4. Gelobet sey GOtt, und der Vater unsers HErrn JEsu Christi, der uns nach seiner grossen Barmhertzigkeit wiedergebohren hat zu einer lebendigen Hoffnung, durch die Auferstehung JEsu Christi von den Todten, zu einem unverwelcklichen Erbe, das behalten wird im Himmel.

ARTICULUS XIV:

DE S. COENA.

S. Cœnæ Nomen §. 1. Autor §. 2. Subjectum cui. §. 3. Materia §. 4. Forma §. 7. Fructus §. 8.

§. 1.

NOMEN, *dicitur a tempore institutionis.*

Sacra Domini cœna a tempore institutionis sic dicta *α.* supra alias appellationes Evchariſtia etiam nominatur, quod Chriſtus cum gratiarum actione ad ejus inſtitutionem progreſſus eſt, nosque eandem ſimiliter etiam decet celebrare *β.*

α. 1. Corinth. XI, 20. Wenn ihr nun zuſammen kommt, ſo hält man da nicht des HErrn Abendmahl.

β. 2. Corinth. XI, 24. Der HErr JEſus dancket und brachs und ſprach ꝛc.

1. Corinth. XI, 26. So offt ihr von dieſem Brodt eſſet, und von dieſem Kelch trincket, ſolt ihr des HErrn Tod verkündigen biß daß er kommt.

AVTOR, *Jeſus Chriſtus eſt.*

§. 2. Eam Chriſtus Servator noſter benigniſſimus ex intenſiſſimo ergo ſuos amore inſtituit non modo, *α.* verum per ſui etiam verbi Miniſtros adminiſtrari, & celebrari ad finem usque mundi voluit *β.* (*Cœna Domini eſt Sacramentum N. T. a Chriſto inſtitutum, in quo verum corpus & verus ſangvis Domini noſtri JEſu Chriſti, in & ſub pane & vino omnibus manducantibus & bibentibus vere diſtribuitur; & promiſſio gratiæ ſingulis credentibus applicatur & obſignatur.* XX. 1.)

α. Matth. XXVI, 26. Da ſie aber aſſen, nahm JEſus

JEsus das Brodt, dancket und brachs, und gabs denen Jüngern.

Joh. XIII, 1. JEsus wie er hatte geliebet die Seinen die in der Welt waren, so liebet er sie ans Ende.

β. 1. Corinth. XI, 23. Ich habe es vom HErrn empfangen, das ich euch gegeben habe.

1. Corinth. XI, 26. So offt ihr von diesem Brodt esset und von diesem Kelch trincket, solt ihr des HErrn Tod verkündigen, biß daß er kömmt.

§. 3. Frequentari autem ab illis debet S. Cœna, qvi per ætatem probare semet possunt, & pœnitentiam præsumuntur egisse, imo & per aversionem quandam non superandam à vino non forte abhorrent; α. quibus, nullo habito discrimine ordinis cujusdam, cum pane vinum etiam est propinandum ℭ. (*Statuo atrox & horrendum sacrilegium committi, quando Laicis una tantum pars Sacramenti datur, & contra expressa verba Testamēnti Christi calice illis interdicitur, atque ita sangvine Christi spoliantur. XXI. 31. Primum enim Christus instituit utramque partem, & instituit non pro aliqua parte Ecclesiæ, sed pro tota Ecclesia, Si pro tota Ecclesia, cur parti Ecclesiæ adimitur aliqua species? Cur mutatur ordinatio Christi? Deinde Christus manifeste jussit Omnes bibere de poculo, Matth. XXI, 27.*

SUBJECTUM. CVI, *homines semet probare valentes,*

Et

Et ne quis cavillari possit, quod hoc ad Sacerdotes tantum pertineat, Paulus in 1. Cor. XI, 25. & seqq. exemplum recitat, ex quo apparet, totam Ecclesiam utraque specie usam esse. XXI. 32.)

a. 1. Cor. XI, 28. 29. Der Mensch aber prüfe sich selbst, und also esse er von diesem Brodt, und trincke von diesem Kelche. Denn welcher unwürdig isset und trincket, der isset und trincket ihm selbst das Gerichte, damit, daß er nicht unterscheidet den Leib des HErrn.

Matth. VII, 6. Ihr solt das Heiligthum nicht den Hunden geben, und eure Perlen solt ihr nicht für die Säue werffen.

ß Matth. XXVI, 27. Und er nahm den Kelch und dancket, gab ihnen den und sprach: trincket alle daraus.

1. Cor. XI, 25. Desselbigen gleichen auch den Kelch nach dem Abendmahl und sprach: Dieser Kelch ist das neue Testament in meinem Blute, solches thut, so offt ihrs trincket zu meinem Gedächtniß.

MATERIA, *corpus & sangvis Christi cum pane & vino,*

§. 4. Exhibentur in S. Cœna edenda bibendaque cum pane & vino, verum corpus & verus sangvis JEsu Christi, ut quæ verè in hac sacratissima actione præsentia sunt, atque ab indignis, etiam corporis sumuntur ore. *a.* (*Confitemur, juxta verba Irenæi, Evcharistiam constare duabus*

bus rebus, terrena, pane & vino, & cœlesti, corpore & sangvine Christi. XXI. 9. Maximè statuo corpus & sangvinem Christi, cum pane & vino vere adesse. Non enim Elementa sola, sed Elementa cum re cœlesti sacramentaliter unita, ac realiter præsentia, constituunt in bis terris Sacramentum Cœnæ. XXI. 10. Idem per omnia Augustana docet Confessio: Docent, inquiens, Ecclesiæ nostræ, verum corpus & sangvinem Christi, vere sub specie panis & vini in sacrâ Domini Cœnâ præsentia esse, distribui & sumi, & improbant secus docentes. Et clarius ejusdem Confessionis Apologia: Confitemur nos sentire, quod in Cœna Domini vere & substantialiter adsint Corpus & Sangvis Christi: & vere exhibeantur cum illis rebus, quæ videntur, pane & vino, bis, qui Sacramentum accipiunt. XXI. 11. Argumentum primum & præcipuum suppeditant ipsa verba institutionis. Sic enim expresse Christus: Accipite, edite, Hoc est corpus meum; Bibite ex hoc omnes, Hic est calix Novi Testamenti in meo sangvine. His verbis constanter inhæremus, certo statuentes, Christum non aliter facere, atque ipse locutus est. XXI. 12. Alterum est, quod cum Paulus dicat, panem esse participationem corporis Domini, vinum esse participationem sangvinis Christi: Sequeretur, panem non esse participationem corporis, neque vinum participationem sangvinis, sed tantum Spiritus Christi, si non adesset vere corpus & sangvis Domini. Tertio huc referri debent qvatuor

illa

illa fundamenta, qvibus B. Lutherus præsentiam corporis & sangviuis Christi in S. Cœna evidentissime asseruit. XXI. 3. Primum est, hic Articulus fidei: JEsus Christus est substantialis, naturalis, verus, perfectus Deus, & Homo, in una persona indivisus & inseparabilis. Secundum, quod dextra Dei est ubique. Tertium, quod verbum Dei neqve falsum est, neque fallax. Quartum, qvod Deus varios modos habet, novitque, qvibus aliquo in loco esse potest: neque uno illo tantum modo contentus esse cogitur, de quo fanatici homines nugantur, quem Philosophi localem vocant. XXI. 14. Unio autem sacramentalis est divinæ virtutis operatio, quâ duæ diversæ res, nempe terrena & cœlestis h. e. panis & vinum, corpus & sangvis Christi, in vero usu Cœnæ, qui consistit in manducando & bibendo, sacramentaliter, hoc est, supernaturali & ineffabili modo sibi invicem sunt unitæ, & secundum institutionem Christi simul distribuuntur & accipiuntur. XXI. 16. Credo certe & statuo, Corpus & Sangvinem Christi non tantum spiritualiter per fidem, sed etiam Ore, non tamen Capernaitico, sed supernaturali & cœlesti modo, ratione sacramentalis Unionis, cum pane & vino sumi. XXI. 19. Gemina enim concedenda est manducatio corporis Christi: Una enim manducatio corporis Christi est spiritualis, de quâ præcipue Christus in Evangelistæ Johanne capite sexto agit, quæ non alio modo, quam Spiritu & fide in prædicatione & meditatione Evangelii fit, non minus quam cum Cœna Domini digne

& in fide ſumitur. Hæc ſpiritualis manducatio per ſe utilis & ſalutaris eſt, omnibusque Chriſtianis, & quidem omnibus temporibus ad ſalutem neceſſaria. Spiritualiter enim manducare nihil aliud eſt, quam credere in Chriſtum. XXI. 20. Altera manducatio corporis Chriſti eſt ſacramentalis & ore fit: quando in ſacrâ Cœnâ verum & ſubſtantiale corpus & ſangvis Chriſti, ore accipiuntur atque participantur ab omnibus, qui panem illum benedictum & vinum in Cœnâ Dominicâ edunt bibuntque. XXI. 21. Hæc manducatio ſacramentalis poteſt dici ſpiritualis, ſed non eo ſenſu, quo Sacramentarii volunt, quaſi in Sacramento Cœnæ duntaxat Spiritus, ſive virtus abſentis corporis Chriſti, ejusque meritum præſens ſit, & â fidelibus percipiatur. Verum, per vocabulum (ſpiritualis ſive ſpiritualiter) intelligimus ſupernaturalem, & cæleſtem modum, ſecundum quem Chriſtus in ſacrâ Cœnâ præſens eſt. Et quidem per hoc ipſum vocabulum Capernaiticas illas imaginationes de craſſa & carnali præſentia excludimus & rejicimus. XXI. 22. Concurrit utraque manducatio quoad pios ſive credentes: non vero quoad impios ſive incredulos. Credentes enim non modo ſacramentaliter & ore percipiunt Sacramentum, ſed & ſpiritualiter, hoc eſt, ſalutarem ejus fructum per fidem percipiunt, in certum pignus & confirmationem, quod peccata ipſis certo ſint remiſſa. Impii vero ſpirituali hâc & ſalutari manducatione propter incredulitatem deſtituti, ſacramentaliter h, e. ore tantum ſumunt idem cor-

corpus & eundem ſangvinem Chriſti, ſed ad judicium & damnationem. XX. 23. Corpus & Sangvinem Chriſti ore corporis accipi expreſſe docent verba Chriſti, quibus cœnam inſtituit. In prima enim Cœna menſæ aſſidens, diſcipulis ſuis naturalem panem & naturale vinum porrigit: & de iis pronunciat, verum eſſe corpus & ſanguinem ſuum: & jubet eos edere & bibere. Ergo illud Chriſti mandatum, conſideratis diligenter omnibus circumſtantiis, non poteſt niſi de orali, non autem de craſſa, carnali, Capernaitica, ſed de ſupernaturali, & incomprehenſibili manducatione corporis Chriſti intelligi. XXI. 24. Aliud adhuc occurrit argumentum. Nam D. Paulus 1. Cor. X, 16. Calix, inquiens, benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio ſangvinis Chriſti eſt? Et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Chriſti eſt? hanc oralem manducationem evidenter adſtruit. Si enim Apoſtolus duntaxat de ſpirituali communicatione corporis Chriſti, quæ per fidem fit, ageret, (uti Sacramentarii volunt) non dixiſſet, panis, ſed Spiritus aut Fides eſt communicatio corporis Chriſti: at Apoſtolus affirmat, panem eſſe communicationem corporis Chriſti, quod videlicet omnes, qui participant benedictum panem, etiam corporis Chriſti participes fiant. Ex eo ergo confitetur, Paulum haud quaquam de ſpirituali, ſed de ſacramentali, ſive eâ, quæ ore fit, participatione corporis Chriſti, loqui, quæ piis & impiis, dignis & indignis communis ſit. XXI. 25.

Quod

Quod non digni tantum & credentes, sed indigni etiam & infideles verum corpus & verum sangvinem Christi ore in Sacramento sumant, & grande scelus, indigne edendo & bibendo in corpus & sangvinem Christi admittant, id D. Apostolus Paulus expresse attestatur. XXI. 26. Indigni autem sunt & dicuntur, qui sine vera pœnitentia & contritione, & sine vera fide, & absque bono proposito vitam emendandi ad Cœnam Domini accedunt. Digni vero sunt credentes in Christum, & hi non tantum: sed & infirmi in fide, pusillanimes, perturbati Christiani, qui, dum magnitudinem & multitudinem suorum peccatorum secum reputant, cohorrescunt, quia magnam suam immundiciem considerantes, hoc pretiosissimo thesauro, & beneficiis Christi, indignos sese judicant: qui denique fidei suæ infirmitatem sentiunt & deplorant, & nihil magis in votis habent, quam ut firmiore fide & puriore obedientia Deo servire possint. XXI. 27. Indignos ergo in usu hujus Sacramenti accipere ore ipsum corpus Christi confirmat Apostolus 1. Cor. XI, 27. & 29. & dilucide asserit eos, qui indigne de hoc pane (qui est κοινωνία corporis Christi) edunt, & de calice benedictionis (qui est κοινωνία sangvinis Christi) bibunt, reos fieri non tantum panis & vini, non tantum signorum & symbolorum, aut figuræ corporis & sangvinis: sed ipsius corporis & sangvinis Jesu Christi, qvem in Sacra Cœna præsentem contumelia atque ignominia afficiunt. XXI. 28.

a. Matth. XXVI, 26. 27. 28. JEsus nahm das Brod, dancket und brachs und gabs denen Jüngern und sprach: Nehmet, esset, das ist mein Leib; und er nahm den Kelch und dancket, gab ihnen den und sprach: Trincket alle daraus, das ist mein Blut des Neuen Testaments, welches vergossen wird vor viele, zur Vergebung der Sünden.

Matth. XXVI, 29. Ich sage euch, ich werde von nun an nicht mehr von diesem Gewächse des Weinstocks trincken, biß an den Tag, da ich es neu trincken werde in meines Vaters Reich.

1. Cor. X, 16. Der gesegnete Kelch, welchen wir segnen, ist der nicht die Gemeinschafft des Blutes Christi? Das Brod das wir brechen, ist das nicht die Gemeinschafft des Leibes Christi?

qua nec immutata, nec tamen etiam mera signa sunt,

§. 5. Enim vero ut verus panis & verum vinum accipiuntur hic, & neutiquam in corpus & sangvinem substantialiter mutata sunt: α. Ita quod clarissima Christi volunt verba non nisi proprie & secundum literam intelligenda, unitum cum istis corpus domini realiter est & sangvis β. (*Non accipiuntur & exhibentur cum pane & vino corpus & sanguis Christi per transsubstantiationem illam Pontificiam, quâ fingitur, qvod panis & vinum, si consecrata & benedi-*

nedicta fuerint, in ſacroſancta Cœna ſubſtantiam & eſſentiam ſuam penitus amittant, & in ſubſtantiam corporis & ſangvinis Chriſti convertantur, ita quidem, ut ſola externa ſpecies panis & vini, ſive accidentia ſine ſubjecto, reliqua maneant. Neque etiam hoc fit, per conſubſtantiationem ſive localem incluſionem corporis & ſangvinis Chriſti in pane & vino; neque etiam per durabilem aliquam conjunctionem extra uſum Sacramenti; ſed fit per ſacramentalem Unionem; quæ vi promiſſionis Chriſti præſtat, ut porrecto pane, ſimul adſit & vere exhibeatur corpus Chriſti, & porrecto vino, ſimul vere adſit & exhibeatur ſanguis Chriſti. XXI. 15. Utuntur hic Eccleſiæ noſtræ particulis in, cum & ſub pane ac vino, primum ad rejiciendam Papiſticam transſubſtantiationem; deinde ad docendam ſacramentalem Unionem ſigni cum ſignato, h. e. rei terrenæ & cœleſtis; tandem ad oſtendendum, verba Chriſti (hoc eſt corpus meum) ſimpliciter, & ut verba ſonant, accipienda & amplectenda eſſe. XXI. 17. Poteſt hinc intelligi, quæ ſit natura ſacramentalium propoſitionum. Nam ſacramentales propoſitiones non ſunt eæ, in quibus rei terrenæ duntaxat, per quandam ſimilitudinem ſive figuram tribuitur nomen rei cœleſtis, verbali prædicatione, uti Calviniani ſomniant; ſed quando mediante Unione ſacramentali rei terrenæ cum cœleſti, illud, quod cum pane manducatur, dicitur eſſe corpus Chriſti: & quod cum vino bibitur, eſſe ſan-

gvis Christi; idque verissima & realissima prædicatione. Tales propositiones sacramentales sunt: Hoc est corpus meum: hic est sangvis meus. Item Panis est participatio corporis Christi: Vinum est participatio sangvinis Christi. XXI. 18. Credimus, docemus, & confitemur, verba Testamenti Christi non aliter accipienda esse, quam sicut verba ipsa ad literam sonant: ita, ne panis, absens Christi corpus; & vinum absentem Christi sangvinem significent; sed ut propter sacramentalem Unionem, panis & vinum vere sint corpus & sangvis Christi. XXI. 3. Non eodem modo Calviniani intelligunt verba institutionis; sed figurate ea accipiunt, ita ut edere corpus Christi, nihil aliud ipsis significet, quam credere in Christum, & corpus Christi, nihil nisi symbolum, h. e. signum seu Figuram corporis Christi denotet, quod tamen non in terris, & in Sacra Cœna præsens; sed tantum in Cœlis sit. Sic verbum sacramentaliter, h. e. (ut ipsi exponunt) per nudam significationem accipiendum esse, contendunt, simpliciter interim negantes, rem cum signis ita copulari, ut Christi quoque caro nunc in terris adsit, modo quodam invisibili aut incomprehensibili. XXI. 4. Inde vero verba institutionis proprie secundum literam intelligenda esse confirmo, quia Dominus & Salvator noster JEsus Christus (de quo severissimum mandatum de cœlis omnibus hominibus datum est, hunc audite, Matth. XVII, 5.) non est vulgaris aliquis homo aut angelus: nec est tantummodo verax, sapiens,

piens, potens; ſed & ipſa æterna veritas & ſapientia, verus omnipotens Deus. Ergo rectiſſime ipſe novit, quid & quomodo loqui debeat, & omnia, quæ loquitur & promittit, potentiſſime efficere & præſtare valet, ſicut ipſe inquit: Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. XXI. 5. Eſt aliud argumentum in promptu. Cum enim hic verax & omnipotens Dominus noſter JEſus Chriſtus, poſt ultimam cœnam, cum jam ad acerbiſſimam ſuam paſſionem & mortem accederet, re graviſſime deliberata, & magno Zelo, auguſtiſſimum hoc Sacramentum Eccleſiæ ordinaverit; certe res graviſſimas & longe maximas animo agitavit, cum hæc verba inſtitutionis pronunciaret: ac proinde non figuratè, metaphoricè, tropicè dicta aut prolata, ſed uti ſonant, in propria ſua ac perſpicua ſententia ſimplici fide & debita obedientia atque reverentia accipienda ſunt. XX. 6. Tertium argumentum omnes circumſtantiæ inſtitutionis Cœnæ Dominicæ ſuppeditant. Cum enim Chriſtus mandatum illud de edendo ſuo corpore & bibendo ſuo ſanguine in menſa & cœna dederit, dubium non eſſe poteſt, quin de vero naturali pane & vero naturali vino, atque de manducatione ac bibitione, qvæ ore fit, loquatur. Deinde Chriſtus ipſe præcavere ſtuduit, ne metonymia in vocabulo Corporis, vel ſignum aut figura, aut etiam virtus ſive beneficia abſentis corporis Chriſti intelligerentur. Diſerte enim loquitur de vero, eſſentiali & ſubſtantiali ſuo corpore, quod in mortem ipſe pro

nobis tradidit; & de vero ſubſtantiali ſangvine ſuo, quem pro nobis in ara crucis effudit. XXI. 7. Tandem tres Evangeliſtæ, Matthæus, Marcus, Lucas & D. Paulus, qui inſtitutionem Cœnæ Dominicæ ab ipſo Chriſto, poſt aſcenſionem ipſius acceperat, unanimi conſenſu, iisdem verbis & ſyllabis, hæc clara, firma, perſpicua & vera verba Chriſti, Hoc eſt corpus meum, prorſus eodem modo de benedicto & diſtributo pane, & ſine omni typo, figura aut variatione recitant. XXI. 8.)

α. 1. Cor. X, 17. Denn ein Brodt iſts, ſo ſind wir viel ein Leib, dieweil wir alle eines Brodtes theilhafftig ſind.

β. Luc. XXII, 19. 20. Und er nahm das Brodt, dancket und brachs, und gabs ihnen und ſprach: Das iſt mein Leib, der vor euch gegeben wird; das thut zu meinem Gedächtniß. Deſſelbigen gleichen auch den Kelch nach dem Abendmahl, und ſprach: Das iſt der Kelch des Neuen Teſtaments in meinem Blut, das vor euch vergoſſen wird.

1. Cor. XI, 27. Welcher unwürdig von dieſem Brod iſſet, oder von dem Kelch des HErrn trincket, der iſt ſchuldig an dem Leibe und Blute des HErrn.

edique & bibi, non offerri in ſacrificio, nec circumferri debere.

§. 6. Edi ergo cum pane corpus Chriſti bibique cum vino ſangvis ejus, non ipſe Chriſtus tanqvam ſacrificium incruentum &

pro-

propitiatorium ſub panis & vini ſpecie pro hominum peccatis & pœnis in Miſſa offerri *a*. ac neque panis ſolenniter circumferri atque humili adorationis cultu debet honorari. (*Abominatio eſt figmentum illud transſubſtantiationis ſive converſionis ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti: & ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſangvinis Chriſti. Abominatio eſt, quod ſingunt corpus Chriſti ſub ſpecie panis revera ſacramentaliter præſens eſſe, etiam extra actionem Cœnæ Dominicæ; cum tamen nihil habeat rationem Sacramenti, extra uſum â Chriſto inſtitutum, qui in manducando & bibendo conſiſtit. Abominatio eſt, quod panis (qui ſingitur jam eſſe transſubſtantiatus in corpus Chriſti) in ſacrario incluſus adſervatur, aut in ſolenni theatrica pompa, quam proceſſionem vocant, adorandus oſtentatur & circumgeſtatur. Abominatio denique eſt, quod Sacramentum Cœnæ commutant in ſacrificium propriè ſic dictum, & quidem in ſacrificium propitiatorium pro vivis & defunctis, quod vocant Miſſaticum XXI. 33.*)

a. Ebr, IX, 12. Auch nicht durch der Böcke oder Kälber Blut, ſondern er iſt durch ſein eigen Blut einmahl in das Heilige eingegangen, und hat eine ewige Erlöſung erfunden.

Ebr. X, 14. Mit einem Opffer hat er in Ewigkeit vollendet die geheiliget werden.

FORMA, *consistit in* δώσει & λήψει.

§. 7. Hic panis & vinum, ab Ecclesiæ Ministro consecrata symbola, distribuuntur accedentibus, & ab iisdem manducantur bibunturqve α. (*Quoad consecrationem, credimus & confitemur, quod nullum opus humanum, neque ulla ministri Ecclesiæ pronunciatio, præsentiæ corporis & sangvinis Christi in Cœna, causa sit: sed quod hoc soli omnipotenti virtuti & institutioni Domini nostri JEsu Christi sit tribuendum, cujus verissima & omnipotentia verba in prima institutione pronunciata, non modo tum fuêre efficacia; sed eorum vis, virtus & efficacia adhuc hodie durat valetqve; ita quidem, ut Christus ipse (ubi ipsius institutio observatur, & verba ejus super pane & vino recitantur, & benedictus panis & vinum benedictum distribuuntur) per verba illa recitata VIRTUTE PRIMÆ INSTITUTIONIS, hodie etiam sit efficax. XXI. 29. Minime vero omittenda, sed publicè recitanda sunt verba institutionis, sicut scriptum est: Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sangvinis Christi est? Hæc autem benedictio fit per recitationem verborum Christi. Deinde satisfaciendum & parendum Christi mandato, qui inquit: Hoc facite; non igitur omittendum est, quod Christus ipse in S. Cœna fecit. Tertio, hanc etiam ob causam verba Christi recitanda sunt, ut auditorum fides, de substantia & fructu hujus Sacramenti, per verba Testamenti Christi excitetur, confirmetur,*

tur, & quam certissima reddatur. Tandem, ut elementa panis & vini, ad hunc sacrum usum sanctificentur, sive benedicantur, & à reliquis ejusdem generis elementis quasi separentur. XXI. 30.)

α. Matth. XXVI, 26. 27. JEsus nahm das Brodt, dancket und brachs, und gabs den Jüngern und sprach: Nehmet, esset, das ist mein Leib. Und er nahm den Kelch, und dancket, gab ihnen den und sprach: trincket alle daraus.

1. Corinth. X, 16. Der geseegnete Kelch, welchen wir seegnen, ist er nicht die Gemeinschafft des Blutes Christi?

FINIS *fidei confirmatio, amoris inflammatio,*

§. 8. Divinas istas epulas ideo vero usurpari vult Christus, ut suorum fides magis magisque firmetur, arctiusque secum uniantur animi, α. tum vero & charitas erga se juxta atque mutua ipsorum lætius efflorescat, &. sitque inde etiam futuræ resurrectionis & cœlestis vitæ iisdem fiducia, γ. ex quo ad easdem crebro accedendum esse patet. (*Ideo institutum est Sacramentum Eucharisticum, ut fides in iis, qui utuntur Sacramento, recordetur, quæ beneficia accipiat per Christum, & erigat & consoletur pavidam conscientiam. Nam id est Christi meminisse, beneficia ejus meminisse, ac credere, quod vere exhibeatur nobis. XXI. 34. Sæpe itaque utendum est Sacramento; initio enim habemus ver-*

ba Christi: Hoc facite in mei commemoratio-nem. Quæ verba sunt præcipientia. Deinde, quo freqventius Sacramento uteris, eo impensius cor incalescit & inflammatur amore Dei. Tertio, benigna promissio mandato Christi adjecta nos omnium vehementissime ad crebrum Sacramenti hujus usum instigare & impellere debet, quæ sic sonat: Hoc est corpus meum, qvod pro vobis traditur. Hic est sangvis meus, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum. Tandem sensus indignitatis & miseriæ nostræ accendat in nobis desiderium Sacramenti hujus. In eo enim te Christo reficiendum, levandum & corroborandum offers, XXI. 35.)

α. Matth. XXVI, 28. Das ist mein Blut des neuen Testaments, welches vergossen wird vor viele zur Vergebung der Sünden.

Luc. XXII, 19. 20. Das ist mein Leib der vor euch gegeben wird, das thut zu meinem Gedächtniß. Das ist der Kelch, das neue Testament in meinem Blut, das vor euch vergossen wird.

Joh. VI, 56. Wer mein Fleisch isset, und trincket mein Blut, der bleibet in mir und ich in ihm.

β. 1. Corinth. X, 17. Denn ein Brod ists, so sind wir viele ein Leib, weil wir alle eines Brodtes theilhafftig sind.

1. Corinth. XII, 13. Denn wir sind durch einen Geist alle zu einem Leibe getaufft, wir

seyn

seyn Jüden oder Griechen, Knechte oder Freyen, und sind alle zu einem Geist geträncket.

1. Joh. VI, 54. Wer mein Fleisch isset uud trincket mein Blut, der hat das ewige Leben, und ich werde ihn am Jüngsten Tage auferwecken.

Joh. VI, 58. Diß ist das Brodt das vom Himmel kommen ist. Nicht wie eure Väter haben Manna gessen, und sind gestorben. Wer das Brodt isset, der wird leben in Ewigkeit.

ARTICULUS XV.
DE
CONVERSIONE, quam sequitur POENITENTIA.

Conversionis Nomen §. 1. Causa efficiens §. 2. Medium §. 3. Subjectum §. 4. Formæ §. 5. Effectus §. 6.

§. 1.

NOMEN, *dicitur etiam Pœnitentia, & vel μερικῶς vel ὁλικῶς sumitur.*

Conversionis vox in S. codice toties obvia & cum pœnitentiæ vocabulo alicubi etiam conjuncta α. passivam notat nobis h. l. qvam transitivam etiam dicunt, & à pœnitentia seu activa conversione eatenus distinguitur, quod in hac homo ex gratioso DEI influxu & per vires in isto acceptas

ceptas ipſe jam peccata agnoſcit, & in Chriſtum credit ϛ. Ipſum vero pœnitentiæ vocabulum, cui *μετανοίας* & *μεταμελείας* illud reſpondet, interdum *μερικῶς* pro ſola uſurpatur contritione, interdum *ὁλικῶς* fidem etiam includens, ſumitur. γ. (*Pœnitentiæ vocabulum ſacris in literis non ſemper unam eandemque ſignificationem habet. Quibusdam enim Scripturæ locis pro tota hominis converſione ad DEUM ſumitur, deinde vero in aliis locis partialiter accipitur, & unam tantum converſionis partem contritionem nimirum ſive ſeriam agnitionem peccatorum deſignat. XI. 11. Partialiter accipitur tum, qvando conjunctim ponuntur pœnitentia & fides, vel pœnitentia & remiſſio peccatorum: ubi pœnitentiam agere nihil ſignificat aliud, quam peccata vere agnoſcere, ſerio dolere, à peccatis impoſterum abſtinere XI. 12. Priore ſenſu accepta vox pœnitentiæ pertinet ad doctrinam Legis & Evangelii ſimul; ſed diverſo reſpectu; poſteriore vero ſenſu ad ſolam Legem pertinet, ex qva ſola eſt agnitio peccati. XI. 13.*

α. Jerem. XXXI, 18. 19. Bekehre mich Du, ſo werde ich bekehret. Denn du HErr biſt mein GOtt, da ich bekehret ward that ich Buſſe.

β. Actor. XXVI, 17. 18. Ich ſende dich unter die Heyden, aufzuthun ihre Augen, daß ſie ſich bekehren von der Finſterniß zu dem Lichte, und von der Gewalt des Satans zu

GOtt

GOtt, zu empfahen Vergebung der Sünde, und das Erbe sammt denen die geheiliget werden durch den Glauben an mich.

γ. Luc. XIII, 3. So ihr euch nicht bessert, werdet ihr auch also (wie diese Galiläer) umkommen.

Luc. XV, 7. Es wird Freude im Himmel seyn über einen Sünder, der Busse thut, für neun und neuntzig Gerechten, die der Busse nicht bedürffen.

Matth. III, 2. Thut Busse, das Himmelreich ist nahe herbey kommen.

2. Petr. III, 9. GOTT will nicht, daß iemand verlohren werde, sondern daß sich iedermann zur Busse bekehre.

Marc. I, 15. Thut Busse, und gläubet an das Evangelium.

Luc. XXIV, 47. Christus muste predigen lassen Busse und Vergebung der Sünden, unter allen Völckern, und anheben zu Jerusalem.

Actor. XX, 21. Ich (Paulus) habe bezeuget beyde denen Jüden und Griechen, die Busse zu GOtt und den Glauben an unsern HErrn JEsum.

§. 2. Operatur illam conversionem DEUS trinunus ex mera sua misericordia hominem, cui naturales convertendi semet vires desunt, ad se trahens *a*.

CAUSA EFFICIENS, *est Deus misericors.*

a. Ezech.

α. Ezech. XXXVI, 26. Ich will ein neu Hertz und einen neuen Geist in euch geben, und will das steinerne Hertz aus eurem Fleische wegnehmen, und euch ein fleischern Hertz geben; ich will meinen Geist in euch geben, und will solche Leute aus euch machen, die in meinen Geboten wandeln und meine Rechte halten und darnach thun.

Joh. VI, 44. Es kan niemand zu mir kommen, es sey denn, daß ihn ziehe der Vater der mich gesandt hat.

Ephes. II, 4. 5. Aber GOtt, der da reich ist von Barmhertzigkeit durch seine grosse Liebe, damit er uns geliebet hat, da wir todt waren in den Sünden, hat er uns samt Christo lebendig gemacht.

2. Tim. II, 24. 25. Ein Knecht GOttes soll straffen die Widerspenstigen, ob ihnen GOtt dermahleins Busse gebe die Wahrheit zu erkennen.

MEDIUM, *Lex & Evangelium.*

§. 3. Utrumque DEI verbum hic, quod suum est, agit, Legis illud videlicet, quæ hominem in notitiam peccatorum & detestationem deducit, α. & Evangelii deinde, quod Christi beneficia mœrenti commendat, & fiduciam quandam his ipsis innitentem superaddit, β. (*Ex sola lege petenda est vera contritio, cujus summa & officium est arguere peccata XV, 9. Ad contritionem hanc*

ut

ut salutaris sit, reqviritur fides in Christum; debet enim conscientiis in his terroribus proponi Evangelium de Christo, in quo promittitur gratis remissio peccatorum per CHRISTUM. *XV. 11.*)

α. Rom. III, 20. Durch das Gesetz kömmt Erkäntniß der Sünden.

Rom. IV, 15. Das Gesetz richtet nur Zorn an. Denn wo das Gesetz nicht ist, da ist keine Ubertretung.

Rom. VII, 7. Ich wuste nichts von der Lust, wo das Gesetze nicht hätte gesagt: Laß dich nicht gelüsten.

β. Rom. I, 16. 17. Das Evangelium ist eine Krafft GOttes, die da selig machet, alle die daran gläuben, die Jüden vornehmlich, und auch die Griechen. Sintemahl darinne offenbahret wird die Gerechtigkeit die vor GOTT gilt, welche kömmt aus Glauben in Glauben, wie denn geschrieben stehet: Der Gerechte wird seines Glaubens leben.

1. Tim. II, 4. 5. 6. GOtt will, daß allen Menschen geholffen werde, und zur Erkäntniß der Wahrheit kommen. Denn es ist ein GOtt und ein Mittler zwischen GOTT und den Menschen, nemlich der Mensch Christus JEsus, der sich selbst gegeben hat vor alle zur Erlösung, daß solches zu seiner Zeit geprediget würde.

SUBJECTUM, *homo peccator.*

§. 4. Est autem homo is, qui in peccata varia prolapsus DEI excidit gratia, vel ejusdem prorsus fuit expers, & per vim illam gratiosam cum DEO iterum conjungitur. α. (*Negarunt jam olim Novatiani, lapsos post baptismum redire posse ad gratiam, à qvibus Ecclesiæ nostræ secessionem facientes docent, qvod lapsis post baptismum contingere possit remissio peccatorum, quocunque tempore cum convertuntur; & quod Ecclesia talibus redeuntibus ad pœnitentiam absolutionem impertiri debeat. XV. 1. Hic enim scopus doctrinæ Evangelicæ maxime est propriius, ut pœnitentibus gratiam & remissionem peccatorum gratuitam annunciet; idqve non semel tantum, sed indefinite pœnitentibus sive resipiscentibus omnibus. Sic Petrus ex abnegatione Christi, Thomas ex infidelitate resipiscentes veniam & remissionem peccatorum sunt consecuti. XV. 2.*

α. Coloss. II, 13. GOtt hat euch mit Christo lebendig gemacht, die ihr todt waret in Sünden, und in der Vorhaut eures Fleisches, und hat uns geschencket alle Sünde.

Ezech. XVIII, 21. 22. Wo sich aber der Gottlose bekehret von allen seinen Sünden, die er gethan hat, und hält alle meine Rechte, und thut recht und wohl, so soll er leben und nicht sterben; Es soll aller seiner Ubertretung, so er begangen hat, nicht gedacht

gedacht werden, sondern soll leben um der Gerechtigkeit willen, die er thut.

2. Timoth. II, 24. 25. 26. Ein Knecht des HErrn soll die widerspänstigen straffen, ob ihnen GOTT dermahleins Busse gebe, die Wahrheit zu erkennen, und wieder nüchtern würden aus des Teuffels Stricken, von dem sie gefangen sind zu seinem Willen.

§. 5. Hunc hominem excitat DEUS & vires ipsi confert, per qvas jam dolere de peccatis suis incipiat, & ad mediatorem deinde CHRISTUM accedat. α.

FORMA, *consistit in collatione virium dolendi & credendi.*

α. Ezech. XXXVI, 26. 27. Ich will euch ein neu Hertz und einen neuen Geist in euch geben, und will das steinerne Hertz aus euern Fleische wegnehmen, und euch ein fleischern Hertz geben. Ich will meinen Geist in euch geben, und will solche Leute aus euch machen, die in meinen Geboten wandeln.

Ephes. II, 4. 5. Aber GOtt, der da reich ist von Barmhertzigkeit durch seine grosse Liebe, damit er uns geliebet hat, da wir todt waren in den Sünden, hat er uns sammt Christo lebendig gemacht.

2. Corinth. III, 5. Nicht daß wir tüchtig sind von uns selber etwas zu dencken, als von uns selber, sondern daß wir tüchtig sind ist von GOtt.

Philip. II, 13. GOtt iſt es, der in euch würcket beyde das Wollen und das Vollbringen, nach ſeinem Wohlgefallen.

Actor. V, 31. GOtt hat JEſum durch ſeine rechte Hand erhöhet zu einen Fürſten und Heyland, zu geben Iſrael Buſſe und Vergebung der Sünden.

EFFECTUS, *eſt (α) pœnitentia, cujus partes Contritio & Fides.*

§. 6. Hac DEI gratia adjutus homo agit pœnitentiam & de peccatis ſuis ex Lege agnitis ſerio dolet, quæ dicitur contritio; *α.* at vero promiſſionibus etiam de gratia Dei propter Chriſtum in Evangelio obviis fidit, quæ fides dicitur, *β.* propoſitumque ſimul novæ obedientiæ & melioris vitæ concipit. *γ.* (*Pœnitentia ſeu converſio ad DEUM eſt contritio cordis propter peccata noſtra, & fiducia certo ſibi propter Chriſtum promittens remiſſionem peccatorum, reconciliationem, juſtificationem & vivificationem cum firmo propoſito inchoandi novam obedientiam. XV, 3. Duæ ſunt partes pœnitentiæ, nempe contritio ac fides XV. 4. Contritionem autem dicimus eſſe veros terrores conſcientiæ, quæ DEUM ſentit iraſci peccato & ſe propter hæc ſubjacere iræ divinæ & æternæ damnationi, doletque ſe peccaſſe. XV. 6. Per fidem nihil aliud intelligimus, quam certam fiduciam, quod per & propter Chriſti meritum gratis ſine ullo noſtro merito remittantur nobis omnia peccata noſtra. XV. 8. Nova obedientia, ſive bona opera ſequuntur contritionem & fidem, & non partem*

conſtituunt pœnitentiæ, ſed potius ejusdem ſunt fructus ſive effectus. XV. 5.)

a. Pſalm LI, 29 Die Opffer die GOtt gefallen, ſind ein geängſteter Geiſt, ein geängſtet und zuſchlagen Hertz wirſt du, GOtt, nicht verachten.

Plalm. XXXVIII, 5. 6. 7. Meine Sünde gehen über mein Haupt, wie eine ſchwere Laſt ſind ſie mir zu ſchwer worden; meine Wunden ſtincken, und eitern vor meiner Thorheit, ich gehe krum und ſehr gebücket, den gantzen Tag gehe ich traurig.

2. Corinth. VII, 9. 10. Ihr ſeyd göttlich betrübet worden, daß ihr von uns ja keinen Schaden irgend worinne nehmet. Denn die göttliche Traurigkeit würcket zur Seeligkeit eine Reue, die niemand gereuet; Die Traurigkeit aber der Welt würcket den Todt.

ß. Marc. I, 15. Die Zeit iſt erfüllet, und das Reich GOttes iſt herbey kommen, thut Buſſe und gläubet an das Evangelium.

Actor. XX, 21. Paulus ſprach: ich habe bezeuget beyde denen Jüden und Griechen die Buſſe zu GOtt, und den Glauben an unſern HErrn JEſum Chriſtum.

Rom. III, 24. 25. Wir werden ohne Verdienſt gerecht aus ſeiner Gnade durch die Erlöſung, ſo durch JEſum Chriſtum geſchehen iſt, welchen GOtt hat vorgeſtellet zu einen

Gnaden-Stuhl durch den Glauben in seinem Blut, damit er die Gerechtigkeit, die vor ihm gilt, darbiete, in dem daß er die Sünde vergiebet.

Rom. X, 10. So man von Hertzen gläubet, so wird man gerecht, und so man mit dem Munde bekennet, so wird man seelig.

γ. Hiob. XXXIX, 37. 38. Siehe, ich bin zu leichtfertig gewesen, hernach will ichs nicht mehr thun.

Ezech. XVIII, 21. Wo sich der Gottlose bekehret von allen seinen Sünden die er gethan hat, und hält alle meine Rechte und thut recht und wohl, so soll er leben und nicht sterben.

Es. LV, 7. Der Gottlose lasse von seinem Wege, und der Ubelthäter seine Gedancken, und bekehre sich zum HErrn, so wird er sich sein erbarmen, und zu unserm GOtt; denn bey ihm ist viel Vergebung.

Matth. III, 8. Sehet zu, thut rechtschaffene Früchte der Busse.

(non, ut Pontificii docent, Contritio cordis, Confessio oris, Satisfactio operis,)

§. 7. Ut vero homines ea animi afflictione sive contritione nihil merentur, quæ, prout apud Pontificios exigitur, cum hypocrisi plurima conjuncta est: ita nec Confessio oris, nec Satisfactio operis, qvibus meritum aliquod frivole ab ipsis assuitur, ad σύστασιν pœnitentiæ pertinet. (*Romanenses tres partes constituunt pœnitentiæ, contritionem cordis, con-*

confessionem oris, & satisfactionem operis; & tribus istis affingunt meritum expiationis peccatorum ac plenariæ redemtionis coram DEO, si homo vere doleat, confiteatur & satisfaciat. XV. 12. Statuo vero eas partes, prout quidem à Pontificiis definiuntur, nullum habere in Scripturis fundamentum, & observatu esse impossibiles, imo impias. XV. 13. Talem enim exigunt contritionem, quæ non in genere tantum de omnibus peccatis, sed & in specie de singulis doleat; ita quidem, ut quæcunque sic in individuo sub contritionem non venerunt, ea nullam remissionem consequantur. Deinde fingunt, si quis talem contritionem habere non possit, eum saltem attritionem habere oportere, id est, dimidiam quasi contritionem, vel initium contritionis. Tandem si quis diceret, se non posse habere talem contritionem, interrogant, an non talem sibi optet? respondenti, optare se, accipiunt hoc pro contritione, & remittunt peccata propter hoc bonum ipsius opus. XV. 14. Statuo autem eam contritionem esse factitiam, & fictitiam cogitationem sive imaginationem ex propriis viribus absque fide & cognitione Christi susceptam h. e. meram hypocrisin, quæ peccati flammas mortificare haud queat. XV. 15. Iidem Pontificii contendunt quidem etiam, doloribus ac terroribus istis mereri homines gratiam, si tamen diligant Deum. Sed falsum & erroneum hoc est: Quomodo enim diligent DEUM homines in tantis terroribus, cum sentiunt horribilem & ineffabilem iram DEI? Proinde tantum abest, ut gratiam pro-

mereantur, ut potius, si soli sint & maneant, ad desperationem hominem adigant: Sicut Saulis & Judæ historiæ testantur. XV. 10. De tertia parte Pœnitentiæ Pontificiæ hoc statuo, quod satisfactiones Canonicæ pro peccatorum expiatione â sacerdotibus impositæ non sint juris divini, ac proinde minime necessariæ. Retinenda enim est sententia de fide, quod fide consequamur remissionem peccatorum propter Christum, non propter nostra opera præcedentia, concomitantia aut sequentia. XV. 22.

adjunctum vero peccatorum Confessio,

§. 8. Qui pœnitentiam agunt, eanden etiam ore profitentur, & subinde coram divini verbi publicis interpretibus, quorum ministerio à peccatis absolvantur, de contritionis suæ fideique exponunt ratione, vel summatim peccatorum suorum indicando multitudinem, vel unum etiam alterumque, cujus recordatione anguntur, seorsim detestando *a. (Confessio nihil est aliud, quam contritio, qva sentientes iram DEI confitentur DEUM juste iratci, nec placari posse nostris operibus, & simul quærunt misericordiam & remissionem peccatorum propter Christum. XV. 20. Hanc confessionem in Ecclesiis retinendam arbitror propter privatam absolutionem, quæ est verbum DEI, quod singulis peccata serio confitentibus auctoritate divina annunciat remissionem peccatorum. XV. 18. Non vero statuo, eam necessariam esse confessionem, quæ constat enumeratione omnium delictorum; talis enim non*

modo

modo est impossibilis, sed & onerat conscientias; sed eam judico necessariam, quæ fit Deo vel immediate, qualis edita à Davide, Ps. XXXII, 5. vel mediate, idque vel publice coram tota Ecclesia, vel privatim coram Ministro Ecclesiæ: cui vel in genere de omnibus peccatis, vel etiam in specie de uno aut altero peccato specialis fit confessio; si forte conscientiæ morsus talem specialem confessionem exigat. XV. 19.

a. Ps. XXXII, 5. Darum bekenne ich dir meine Sünde, und verhehle meine Missethat nicht. Ich sprach, ich will dem HErren meine Ubertretung bekennen, da vergabst du mir die Missethat meiner Sünden, Sela.

2. Sam. XVII, 13. David sprach zu Nathan: Ich habe gesündiget wider den HErrn. Nathan sprach zu David: so hat auch der HErr deine Sünde weggenommen, du wirst nicht sterben.

Matth. III, 6. Die Jüden liessen sich täuffen von Johanne am Jordan und bekandten ihre Sünde.

Luc. XVIII, 13. Der Zöllner schlug an seine Brust und sprach: GOtt sey mir Sünder gnädig.

§. 9. Sed ea Confessio, quam Doctores exigunt Pontificii, conjunctam videlicet cum singulorum peccatorum commemoratione, ita ut citrà eam non sequatur remissio pec-

in qua singulorum peccatorum commemoratio male postulatur.

catorum, rejicitur merito ut impossibilis, α. imo & ob annexam eidem de merito aliquo persuasionem impia habetur, & ad perturbandas hominum conscientias cum primis valida, nulla antiquitatis Praxi commendatur. β. (*Talis Confessio â Pontificiis olim exigebatur, ac etiamnum hodie exigitur, ut homines jubeantur omnia sua peccata enumerare; & si quis quorundam oblitus esset, eatenus is absolvebatur, ut si in memoriam illa recurrerent, ea postea confiteretur. XV. 16. In hac confessione multa desiderantur. Primum enim ea erat impossibilis. Quis enim omnium peccatorum â se, non dico per integrum annum, sed per unam duntaxat septimanam commissorum ita posset recordari, ut ea valeret ordine, & in specie enumerare? Deinde, nihil aliud hæc erat Confessio, quam carnificina conscientiarum, quibus laquei injiciebantur, dum persuasæ erant, se non posse consequi remissionem peccatorum, nisi facta illa scrupulosa enumeratione. Tertio, confessio talis ad desperationem homines adigebat. Fingebant enim eam, & quidem integram ad salutem esse necessariam. Quia vero mens hominis nunquam certa esse poterat, se integram edidisse confessionem: utique de salute ipsa desperare cogebatur. Tandem fingebant eam esse meritoriam, ut nimirum, quo magis confessio esset ingenua & aperta, & quo majore pudore & ignominia coram Sacerdote ederetur, eo plenior etiam esset satisfactio pro peccato: XV. 17.*

α. Pr.

α. Pſ. XIX, 13. Wer kan mercken, wie offt er fehlet, verzeihe mir auch die verborgene Fehle.

β. Dan. IX, 5. Wir haben geſündiget, unrecht gethan, ſind gottloß geweſen, und abtrünnig worden, wir ſind von deinen Geboten und Rechten gewichen.

Actor. II, 37. Da ſie das höreten, giengs ihnen durchs Hertz, und ſprachen zu Petro und zu den andern Apoſteln: Ihr Männer lieben Brüder, was ſollen wir thun?

§. 10. Idem vero homo de peccatis dolens ſerio & fide vera Chriſti meritum ſuum faciens juſtus deinde etiam declaratur, & remiſſionem conſequitur peccatorum α. (*Quare ſic contriti debent credere, quod propter Chriſtum gratis remittantur ipſis peccata. Hæc fides erigit, ſuſtentat & vivificat contritos; hæc fides conſequitur remiſſionem peccatorum; hæc fides juſtificat coram DEO XV. 11.* & (β) *remiſſio peccatorum.*

α. Pſal. XXXII, 5. Ich ſprach: Ich will dem HErrn meine Ubertretung bekennen, da vergabeſt du mir die Miſſethat meiner Sünden, Sela.

Actor. II, 38. Petrus ſprach: Thut Buſſe, und laſſe ſich ein jeglicher täuffen auf den Nahmen JEſu Chriſti, zur Vergebung der Sünde.

qua in absolutione nunciatur.

§. 11. De quo beneficio ut eo certior fiat peccator, ministri etiam Ecclesiæ voce divina ipsi annunciatur gratia, efficaci declaratione de veritate remissionis peccatorum testantis. *a* (*Sentiendum est, privatam absolutionem esse DEI mandatum, ut absolutioni fidem habeamus ac certo statuamus, tam vere DEO reconciliatos nos esse, ac si vocem cœlitus delapsam ea de re audivissemus. XV. 21.*

a. Matth. IX, 2. Da JEsus ihren Glauben sahe, sprach er zu dem Gichtbrüchtigen: Sey getrost, mein Sohn, deine Sünde sind dir vergeben.

Joh. XX, 23. Welchen ihr die Sünde erlasset, denen sind sie erlassen, und welchen ihr sie behaltet, denen sind sie behalten.

ARTICULUS XVI.

DE JUSTIFICATIONE

Justificationis Nomen §. 1. *Causa Efficiens* §. 2. *Subjectum* §. 3. *Media* §. 4. *Forma* §. 5. *Finis* §. 6.

§. 1.

NOMEN, *justificatio est vox forensis.*

Justificationis vox significationem habet forensem, & cognita causa lataque sententia absolvere in foro spirituali hominem notat; *a.* & regenerationis vocabulum, si εἰδικῶς scilicet

hoc

hoc ſumarur, æquipollens habet. ζ. (*Verbum Juſtificationis ſignificat idem, quod abſolvere â peccatis & æternis peccatorum ſuppliciis ſive juſtum pronunciare, quo ſenſu verbum hoc paſſim in Scriptura accipitur. XII. 1.*)

α. Prov. XVII, 17. Wer den Gottloſen recht ſpricht, und den Gerechten verdammet, die ſind beyde dem HErrn ein Greuel.

Eſa. V, 23. Wehe denen, die den Gottloſen recht ſprechen um Geſchencke willen, und das Recht der Gerechten von ihm wenden.

Rom. IIX, 33. Wer will die Auserwählten GOttes beſchuldigen? GOtt iſt hie, der da gerecht machet.

ε. Tit. III, 5. 7. GOtt macht uns ſelig, durch das Bad der Wiedergeburth und Erneuerung des Heil. Geiſtes; auf daß wir durch deſſelben Gnade gerecht und Erben ſeyn des ewigen Lebens, nach der Hoffnung, das iſt gewißlich wahr.

CAUSA EFFICIENS.

Deus propter Chriſtum miſericors.

§. 2. DEUS trinunus ex mera ſua miſericordia & gratuito favore α. propter ſolum Chriſti Servatoris meritum, β. ad quod utraque tum activa tum paſſiva obedientia pertinet, γ. juſtificat. (*Juſtificatio eſt opus Dei, quo hominem peccatorem credentem in Chriſtum ex mera gratia ſive gratis à peccatis abſolvit, eique peccatorum remiſſionem donat, juſtitiamque Chriſti ita imputat, ut pleniſſime recon-*

reconciliatus, & in filium adoptatus à peccati reatu ac supplicio liberetur, & æternam beatitudinem consequatur. XII. 2. Tres sunt justificationis nostræ causæ α.) gratia Dei, β) meritum Christi, γ.) fides, quæ hæc ipsa beneficia DEI in promissione Evangelii amplectitur. XII. 4. Per gratiam DEI non infusum charitatis habitum intelligo, ut Pontificii somniant: Sed gratuitum vereque paternum misericordiæ divinæ favorem & immensum amorem DEI, quo ipse, nullo prorsus nostro motus merito, ad miserationem nostri fuit impulsus: & propter unicum meritum sive obedientiam filii, fide apprehensam, credentes in gratiam recipere, peccata condonare, & tandem æternum salvare constituit. XII. 5. Meritum Christi propter duas causas inter causas Justificationis refero. Primo, quia gratia & misericordia DEI, in Christo est fundata, & extra meritum hoc Christi nemini obtingit. Deinde, quia solus Christus calcavit torcular iræ divinæ & liberavit nos è potestate mortis & inferni, à maledictione legis, à servitute mortis, & dominio illius, qui mortis habebat imperium, diaboli scilicet, & quia sua obedientia & justitia constituit nos justos: quia denique meritum Christi satisfecit Justitiæ divinæ. XII. 7. Per meritum Christi intelligo obedientiam Christi, non eam tantum, qua Patri obedivit per totam passionem & mortem, sed & qua nostri causa sponte sese legi DEI subjecit, eaque obedientia illa sua implevit, ita ut

DEUS,

DEUS, propter totam Christi obedientiam, qvam agendo & patiendo pro nobis præstitit, peccata nobis remittat, pro bonis & justis nos reputet, & salute æterna donet XII. 8. Christus autem justitia nostra est non secundum divinam tantum naturam, uti Osiander somniavit: non secundum humanam tantum, uti Stancarus deliravit: sed secundum utramque naturam Christus nostra est justitia, qvippe qui ut DEUS & homo, in sola sua tota & perfectissima obedientia nostra est justitia. Humana enim natura sola, sine divinitate æterno & omnipotenti DEO, neque obedientia, neque passione pro totius Mundi peccatis satisfacere, & infinitam iram DEI placare valuisset. Divinitas vero sola, sine humanitate, inter DEUM & nos Mediatoris partes implere non potuisset. XII. 9.)

a. Rom. III, 24. Sie werden ohne Verdienst gerecht aus seiner Gnade, durch die Erlösung, so durch Christum JEsum geschehen ist.

Rom. XII, 33. Wer will die Auserwehlten GOttes beschuldigen? GOtt ist hie, der da gerecht machet.

Eph. II, 8. 9. Aus Gnaden seyd ihr seelig worden, durch den Glauben, und dasselbige nicht aus euch, GOttes Gabe ist es, nicht aus den Wercken, auf daß sich nicht jemand rühme.

β. Esa. LIII, 2. Und durch sein Erkäntniß wird er mein Knecht der Gerechte viel gerecht machen; denn er träget ihre Sünde.

Rom. V, 10. Denn so wir GOtt versöhnet sind durch den Tod seines Sohnes, da wir noch Feinde waren, wie vielmehr werden wir selig werden durch sein Leben, so wir nun versöhnet sind?

1. Cor. VI, 11. Ihr seyd abgewaschen, ihr seyd geheiliget, ihr seyd gerecht worden, durch den Nahmen unsers HErrn JEsu und durch den Geist unsers GOttes.

2. Cor. V, 24. GOtt hat den, der von keiner Sünde wuste, vor uns zur Sünde gemacht, auf daß wir würden in ihm die Gerechtigkeit, die vor GOtt gilt.

γ. Psal. XL, 89. Siehe, ich komme, im Buch ist von mir geschrieben, deinen Willen mein GOtt, thue ich gerne, und dein Gesetz hab ich in meinen Herzen.

Phil. II, 8. Er erniedrigte sich selbst, und ward gehorsam biß zum Tode, ja zum Tode am Creutz.

1. Cor. XV, 3. Wie durch eines Menschen Ungehorsam viel Sünder worden sind: also auch durch eines Gehorsam werden viel Gerechten.

1. Cor. XV, 3. Ich habe euch zuförderst gegeben, welches ich auch empfangen habe daß Christus gestorben sey vor unsere Sünde nach der Schrifft.

1. Petr. II, 24. Christus hat unsere Sünde selbst geopffert an seinem Leibe auf dem Holtze, auf daß wir der Sünde abgestorben der Gerechtigkeit leben, durch welches Wunden ihr seyd heil worden.

§. 3. Solus homo, per peccatum prorsus corruptus, & in hoc mundo adhuc versans, cujuscunqve ille sit aut ordinis aut ætatis, qvi pœnitentia ductus ad Deum revertitur, justificatur. *a.* (*Justificatio est opus DEI, quo hominem peccatorem credentem in Christum ex mera gratia sive gratis à peccatis absolvit, XII. 2.*)

SUBJECTUM. *Homo peccator pœnitens.*

a. Rom. III, 23. 24. Sie sind allzumahl Sünder, und mangeln des Ruhms, den sie vor GOtt haben sollen, und werden ohne Verdienst gerecht aus seiner Gnade.

Rom. IV, 5. Dem aber, der nicht mit Wercken umgehet, gläubet aber an den, der die Gottlosen gerecht macht, dem wird sein Glaube gerechnet zur Gerechtigkeit.

Actor. XXVI, 17. 18. Ich sende dich unter die Heyden, aufzuthun ihre Augen, daß sie sich bekehren von der Finsterniß zum Licht, und von der Gewalt des Satans zu GOtt, zu empfahen Vergebung der Sünde, und

das

das Erbe ſamt denen die geheiliget werden durch den Glauben an mich.

MEDIUM, *cum verbo & ſacramentis fides, non opera.*

§. 4. DEUS verò in verbo & Sacramentis gratiam ſuam benigniſſime offert, α. ſola fide, quæ Chriſti innititur merito, & ex notitia, aſſenſu fiduciaque conſiſtit, β. ita apprehendendam & applicandam, γ. ut nulli ſhic organo alii detur locus, & bona opera prorſus excludantur. δ. (*Sola fides eſt illud medium & inſtrumentum, quo gratiam DEI, meritum Chriſti, & in ipſo juſtitiam illam, quæ coram Judicio DEI conſiſtere poteſt, apprehendere & accipere poſſumus. XII. 11. Eſt autem fides juſtificans non nuda tantum notitia hiſtoriæ de Chriſto, ſed eſt ingens atque tale DEI donum, quo Chriſtum redemtorem noſtrum, in verbo Evangelii rectè agnoſcimus, ipſique confidimus: qvod videlicet propter ſolam ipſius obedientiam ex gratia, remiſſionem peccatorum habeamus, ſancti & juſti coram DEO Patre reputemur, & æternam ſalutem conſequamur. XII. 12. Fidem non eſſe nudam hiſtoriæ notitiam, aut generalem tantum aſſenſum, qvi in Epicuræos etiam imò verò in ipſos Diabolos cadit, qvi tamen non juſtificantur: luculenter patet vel ex uno dicto Jacob. II. 19. XII. 13. Interim fides juſtificans definiri tamen debet per notitiam. Nam hæc ipſa notitia ſive generalis aſſenſio in fide ſalvifica vel maxime reqviritur & quaſi præſupponitur. XII. 14. Eandem vero eſſe fiduciam apprehenden-*

dentem promissionem Evangelii vel inde constat, quod Scriptura eam nominat πληροφορίαν *hoc est, certam animi de salute nostra persvasionem. Item* πεποίθησιν *plenam fiduciam. Item* παῤῥησίαν, *quæ sine omni metu ac trepidatione confidit gratiæ ac misericordiæ divinæ. Item* ὑπόστασιν & ἔλεγχον, *immotam basin ac fundamentum indubiumque argumentum, quo credens in conscientia, de certitudine earum rerum, quas credit, convincitur. XII. 15. Hujus fidei justificantis objectum verum ac proprium est promissio Evangelii propria de gratuita peccatorum remissione per & propter meritum Christi, firma fiducia apprehensum, vel, quod eodem recidit: objectum fidei justificantis est meritum Christi in promissione Evangelii oblatum. XII. 16. Neque vero credendum, fidem præstare tantum initium justificationis, quæ postea per opera perficiatur & consummetur. Diversum enim vel inde liquidissimè patet, quod Paulus scribit, Abrahamum coram DEO justificatum esse sola fide propter mediatorem sine operibus: idque non tantum, cum primo ab idololatria conversus, nulla bona opera haberet, Gen. XI. 31. sed etiam cum postea per Spiritum sanctum renovatus, multis præclaris bonis operibus ornatus esset. Gen. XX. 6. Quid? quod Apostolus ex professo movens quæstionem, in quanam re Abrahami justitia coram DEO, propter quam DEO placuerit, & acceptus ac hæres regni DEI fuerit, posita & constituta fuerit? his verbis respondet: ei*

qui non operatur, credenti autem in eum qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam. XII. 18. *In hoc autem articulo usus particularum exclusivarum, sola fide, tantum per fidem &c. propter tres potissimum causas retinendus est.* α. *Ut omnia nostra opera, sive antecedentia, sive consequentia, sive præsentia, omnisque eorum dignitas & fiducia ex articulo Justificationis penitus excludantur.* β. *Ut hoc officium & hæc proprietas fidei solius sit, maneatque, quod videlicet sola fides, & nulla prorsus res alia sit illud medium & instrumentum, quo DEI gratia & meritum Christi in promissione Evangelii apprehendatur, accipiatur, nobisque applicetur.* γ. *Ut neque Renovatio, neque Sanctificatio, aut ullæ aliæ virtutes tanquam forma aut pars aut causa Justificationis, quocunque prætextu, titulo ac nomine, Articulo Justificationis, tanquam ad eam rem necessariæ, aut pertinentia, immisceantur.* XII. 19. *Non tamen ideo fides in Justificationis articulo potest esse sine bonis operibus. Neque enim hoc pacto fides & bona opera à se invicem divelluntur, quasi fides aliquando, & aliquamdiu stare possit cum malo proposito. Sed distinguuntur istbæc respectu ordinis, causarum & effectuum antecedentium & consequentium.* XII. 20. *Bona opera non præcedunt fidem, sed sequuntur. Cum enim personæ jam est justificata: tum etiam per Spiritum sanctum renovatur & sanctificatur: Ex qua renovatione deinceps fructus, h. e. bona opera sequun-*

ſeqvuntur. Deinde etſi (ut Lutherus loquitur) benè conveniunt, & ſunt connexa inſeparabiliter, fides & bona opera; ſola tamen fides eſt, quæ apprehendit benedictionem ſine operibus: & tamen nunquam eſt ſola. XII. 21. Non pugnat vero Jacobus cum Paulo, id quod duabus rationibus probari poteſt. Nam primum Paulus conſiderat fidem in conſpectu DEI: ubi illa ſola apprehendit meritum Chriſti, & ſic ad juſtitiam à DEO imputatur: Jacobus vero quærit: Qua in re & quonam indicio Homo vel in ſe ipſo, vel in aliis hominibus, veram & vivam fidem, item mortuam & ſimulatam fidem, agnoſcere & diſcernere poſſit? Ubi Jacobus eam vocat mortuam fidem v. 20. qvam non bona opera & fructus ſeqvuntur. Et ideo recte negat, nos tali fide juſtificari, quæ eſt ſine operibus, hoc eſt, quæ eſt mortua: Imo proprie fides non eſt, ſed inanis perſvaſio & hypocriſis. XII. 22. Altera in eo conſiſtit, quod Paulus agit de hominibus coram DEO juſtificandis, ubi ſola fides apprehendens gratiam DEI & meritum Chriſti locum obtinet: Jacobus vero agit de hominibvs jam per fidem juſtificatis, ſed per bona opera hoc in mundo agnoſcendis. XII. 23.)

a. 2. Cor. V, 18. 19. Aber das alles von GOtt, der uns mit ihm ſelber verſöhnet hat durch JEſum Chriſt, und das Amt gegeben, das die Verſöhnung prediget. Denn GOTT war in Chriſto, und verſöhnete die Welt mit

ihm selber, und rechnete ihnen ihre Sünde nicht zu, und hat unter uns aufgerichtet das Wort von der Versöhnung.

Tit. III, 5. 6. 7. Nicht um der Wercke willen der Gerechtigkeit, die wir gethan hatten, sondern nach seiner Barmhertzigkeit macht er uns selig, durch das Bad der Wiedergeburth und Erneuerung des Heil. Geistes, welchen er ausgegossen hat über uns reichlich durch JEsum Christum unsern Heyland. Auf daß wir durch desselbigen Gnade gerecht und Erben seyn des ewigen Lebens, nach der Hoffnung, das ist gewißlich wahr.

Matth. XXVI, 27. 28. Und er nahm den Kelch, und danckete, gab ihnen den, und sprach: Trincket alle daraus, das ist mein Blut des neuen Testaments, welches vergossen wird für viele, zur Vergebung der Sünden.

β. Esa. LIII, 12. Und durch sein Erkänntniß wird er mein Knecht, der Gerechte, viel gerecht machen, denn er träget ihre Sünde.

Luc. I, 76. 77. Du wirst vor dem HErrn hergehen, daß du seinen Weg bereitest, und Erkänntniß des Heils gebest seinem Volck, die da ist in Vergebung ihrer Sünde.

Ebr.

Ebr. IV, 2. Das Wort der Prediger halff jene nichts, da nicht gläubeten die, so es hö-reten.

Jac. I, 6. Er bitte im Glauben und zweiffele nicht.

2. Cor. III, 4. Ein solch Vertrauen haben wir durch Christum zu GOtt.

Ephes. III, 12. Durch Christum haben wir Freudigkeit und Zugang in aller Zuversicht durch den Glauben an ihn.

Ebr. X, 22. So lasset uns nun hinzugehen mit wahrhafftigen Hertzen im völligen Glauben, besprenget in unsern Hertzen, und loß von dem bösen Gewissen, und gewaschen am Leibe mit reinem Wasser.

Ebr. XI, 1. Es ist aber der Glaube eine gewisse Zuversicht deß, das man hoffet, und nicht zweiffelt an dem, das man nicht siehet.

7. Rom. III, 28. So halten wir nun, daß der Mensch gerecht werde ohne des Gesetzes Werck, alleine durch den Glauben.

Rom. III, 30. Es ist ein einiger GOtt, der da gerecht macht die Beschneidung aus dem Glauben, und die Vorhaut durch den Glauben.

Rom. IV, 5. Dem aber, der nicht mit Wercken umgehet, gläubet aber an den der die Gottlosen gerecht macht, dem wird sein Glaube gerechnet zur Gerechtigkeit.

Rom. IV, 16. Deßhalben muß die Gerechtigkeit aus dem Glauben kommen, auff daß sie sey aus Gnaden, und die Verheissung fest bleibe allen Saamen.

Gal. III, 22. Die Schrifft hat es alles beschlossen unter die Sünde, auff daß die Verheissung käme durch den Glauben an JEsum Christum, gegeben denen die da gläuben.

Gal. V, 5. 6. Wir warten im Geist durch den Glauben der Gerechtigkeit, der man hoffen muß, denn in Christo JEsu gilt weder Beschneidung noch Vorhaut etwas, sondern der Glaube, der durch die Liebe thätig ist.

Phil. III, 9. Auff daß ich in Christo erfunden werde, daß ich nicht habe meine Gerechtigkeit, die aus dem Gesetze, sondern die durch den Glauben an Christum kömmt, nehmlich die Gerechtigkeit, die von GOtt dem Glauben zugerechnet wird.

Ebr. X, 38. Der Gerechte wird des Glaubens leben.

ð. Gal. III, 11. Daß aber durchs Gesetz niemand gerecht wird vor GOtt, ist offenbahr, denn der Gerechte wird seines Glaubens leben.

Ephes. II, 8. 9. Aus Gnaden seyd ihr selig worden durch den Glauben, und dasselbige nicht

aus

aus euch, GOttes Gabe ist es; nicht aus den Wercken, auf daß sich nicht iemand rühme.

Tit. III, 5. Nicht um der Wercke willen der Gerechtigkeit, sondern nach seiner Barmhertzigkeit machet er uns selig, durch das Bad der Wiedergeburth und Erneuerung des Heil. Geistes.

Rom. III, 20. Darum daß kein Fleisch durch des Gesetzes Wercke vor ihm gerecht seyn mag, denn durch das Gesetz kömmt Erkäntniß der Sünden.

FORMA, *non-imputatio peccatorum.*

§. 5. Ita ergo quæcunqve peccata commisit homo, illa eidem non imputantur, imputatur vero Christi Justitia, atque is justus sic sine ulla dubitatione declaratur. *a.* (*Justificatio est opus DEI, quo hominem peccatorem credentem in Christum ex mera gratia sive gratis à peccatis absolvit eique peccatorum remissionem donat, justitiamqve Christi imputat. XII. 2. Duabus partibus absolvitur nostra coram DEO justitia, quarum una est privativa. DEUS enim aufert id quod nobis inest, hoc est, remittit peccata ex mera gratia absque ullo operum nostrorum respectu. Altera est positiva: DEUS enim donat nobis id, quod nobis non inest sive inhæret h. e. imputat nobis justitiam obedientiæ Christi. Quæ utraque pars, uno imputationis vocabulo in Scripturis exprimitur. Rom. 4. Unde justitia etiam nostra dicitur imputativa. XII. 3.*)

a. Pſ. XXXII, 1. 2. Wohl dem, dem die Uebertretung vergeben ſind, dem die Sünde bedecket iſt. Wohl dem Menſchen, dem der HERR die Miſſethat nicht zurechnet.

Rom. IV, 5. Dem aber, der nicht mit Wercken umgehet, gläubet aber an den, der die Gottloſen gerecht machet, dem wird ſein Glaube gerechnet zur Gerechtigkeit.

2. Cor. V, 19. 21. GOTT war in Chriſto, und verſöhnete die Welt mit ihm ſelber, und rechnete ihnen ihre Sünde nicht zu; und hat unter uns auffgericht das Wort der Verſöhnung. Denn er hat den, der von keiner Sünde wuſte, vor uns zur Sünde gemacht, auff daß wir würden in ihm die Gerechtigkeit die vor GOTT gilt.

FINIS, *Dei gloria & hominum ſalus*

§. 6. Per juſtificationem hanc divinæ non minus juſtitiæ, qvam miſericordiæ gloria manifeſtatur, a. & hominum, qui ad Sanctitatis ſtudium hoc modo apti redduntur, b. æterna ſalus promovetur. γ. (*DEUS peccatori juſtitiam Chriſti ita imputat, ut plenisſime reconciliatus & in filium adoptatus, a peccati reatu ac ſupplicio liberetur, & æternam beatitudinem conſequatur. XII. 2.*)

a. Rom. III, 26. Auff daß er zu dieſen Zeiten darböthe die Gerechtigkeit, die vor ihm gilt;

auff

auf daß er allein gerecht sey, und gerecht mache den, der da ist des Glaubens an JEsu.

Ephes. I, 5. 6. GOtt hat uns verordnet zur Kindschafft gegen ihn selbst durch JEsum Christ, nach dem Wohlgefallen seines Willens, zu Lobe seiner herrlichen Gnade, durch welche er uns hat angenehm gemacht in dem Geliebten.

β. Rom. VI, 18. Denn nun ihr frey worden seyd von der Sünde, seyd ihr Knechte worden der Gerechtigkeit.

Rom. VI, 22. Nun ihr aber seyd von der Sünder frey und GOttes Knechte worden, habt ihr euere Frucht, daß ihr heilig werdet, das Ende aber das ewige Leben.

γ. Rom. IV, 7. 8. Seelig sind die, welchen ihre Ungerechtigkeit vergeben sind, und welchen die Sünde bedecket sind, seelig ist der Mann, welchem GOTT keine Sünde zurechnet.

ARTICULUS XVII.
DE
RENOVATIONE ET BONIS OPERIBUS.

Nomen §. 1. Causa efficiens §. 2. Subjectum §. 3. Forma §. 4. Effectus. §. 5.

§. 1.

NOMEN, *Renovatio dicitur etiam sanctificatio.*

Renovatio, si strictiori sensu usurpatur, sanctificatio etiam appellatur, & tunc à justificatione accurate distingvenda est. *α.*

α. Rom. VI, 22. Nun ihr seyd von der Sünde frey und GOttes Knechte worden, so habt ihr eure Frucht, daß ihr heilig werdet, das Ende aber das ewige Leben.

1. Corinth. I, 30. Christus JEsus ist uns gemacht von GOtt zur Weißheit, und zur Gerechtigkeit, und zur Heiligung, und zur Erlösung.

2. Corinth. VII, 1. Dieweil wir nun solche Verheissung haben, meine Liebsten, so lasset uns von aller Befleckung des Fleisches und des Geistes uns reinigen und fortfahren mit der Heiligung in der Furcht GOttes.

CAUSA EFFICIENS, DEUS *misericors & simul homo.*

§. 2. Operatur renovationem DEUS trinunus, ex singulari misericordia, *α.* per verbum suum & sacramenta vires ad sanctitatis studium largiens, &c. ubi tamen homo per gratiam DEI motus & validis viribus in conversione acceptis instructus, suum simul agit. *γ.* (*Opera vere bona non propriis naturalibus viribus, sed tum demum fiunt, cum persona per fidem cum Deo est reconciliata, & per S. Spiritum renovata, & in Christo JEsu denuo ad bona opera creata. XIV. 4.*)

α. Joh. XV, 2. Einen ieglichen Reben der da

Frucht

Frucht bringet, wird der Vater reinigen, daß er mehr Frucht bringe.

Ebr. XIII, 21. GOtt mache euch fertig in allen guten Wercken zu thun seinen Willen, und schaffe in euch, was vor ihm gefällig ist, durch JEsum Christ.

Joh. XV, 5. Ich bin der Weinstock, ihr seyd die Reben, wer in mir bleibet und ich in ihm, der bringet viel Frucht.

Philip. IV, 13. Ich vermag alles durch den, der mich mächtig machet Christus.

Ps. CXLIII, 10. Lehre mich thun nach deinem Wohlgefallen, denn du bist mein GOTT, dein guter Geist führe mich auf ebener Bahn.

Rom. VIII, 14. Welche der Geist GOttes treibet die sind GOttes Kinder.

Tit. III, 5. Nach seiner Barmhertzigkeit machet er uns seelig, durch das Bad der Wiedergeburth und Erneuerung des Heil. Geistes.

B. 1. Petr. I, 22. Machet keusch eure Seelen in Gehorsam der Wahrheit durch den Geist zu ungefärbter Bruder-Liebe, und habt euch unter einander brünstig lieb aus reinen Hertzen.

1. Petr. II, 2. Seyd begierig nach der vernünfftigen lautern Milch, als die iezt gebohrnen Kindlein, auf daß ihr durch dieselbige zunehmet.

1. Joh. III, 9. Wer aus GOtt gebohren ist, der thut nicht Sünde, denn sein Saame bleibet bey ihm, nnd kan nicht sündigen, denn er ist von GOtt gebohren.

Rom. VI, 4. So sind wir mit Christo begraben durch die Tauffe in den Tod, auf daß gleichwie Christus ist auferwecket von den Todten, durch die Herrlichkeit des Vaters, also sollen wir auch in einem neuen Leben wandeln.

Joh. VI, 56. Wer mein Fleisch isset, und trincket mein Blut, der bleibet in mir, und ich in ihm.

γ. 2. Petr. I, 3. 5. Nachdem allerley seiner göttlichen Krafft, was zum Leben und göttlichen Wandel dienet, uns geschencket ist, durch die Erkäntniß deß, der uns beruffen hat durch seine Herrlichkeit und Tugend, so wendet allen euern Fleiß dran und reichet dar in eurem Glauben Tugend, und in der Tugend Bescheidenheit.

1. Joh. III, 3. Ein ieglicher der solche Hoffnung hat, der reiniget sich, gleichwie er auch rein ist.

SUBJECTUM, *homo conversus.*

§. 3. Renovatur autem homo per DEI gratiam jam justificatus
α. atque animæ primum, tum vero corporis etiam ratione alius evadit. β. (*Bona operâ sunt internæ & externæ actiones divinitus mandatæ, & decalogo comprehensæ, ac fiunt à renatis fide*

per

per Spiritum S. ad gloriam DEI, & ad noſtram Deo declarandam tum obedientiam, tum gratitudinem. XIV. 2. Placent & accepta ſunt DEO bona opera, propter Dominum noſtrum JEſum Chriſtum fide apprehenſum, quæ fides facit, ut perſonæ Deo ſit grata & accepta. XIV. 5. Etſi opera illa, quæ ad conſervandam externam diſciplinam faciunt, qualia etiam ab infidelibus & non converſis ad DEUM fiunt, ſuam coram mundo dignitatem & laudem habent, & temporalibus quibusdam præmiis hoc in mundo à DEO ornantur; tamen cum non ex vera fide proficiſcantur, revera coram DEO ſunt peccata, h. e. peccatis contaminata: & à DEO pro peccatis & immunditia reputantur, quia perſona cum DEO non eſt reconciliata. Mala enim arbor non poteſt bonos fructus ferre. XIV. 6.)

a. Rom. VI, 22. Nun ihr ſeyd von der Sünde frey und GOttes Knechte worden, habt ihr eure Frucht, daß ihr heilig werdet, das Ende aber das ewige Leben.

Joh. XV, 4. Gleichwie der Rebe kan keine Frucht bringen von ihm ſelber, er bleibe denn am Weinſtock: alſo auch ihr, ihr bleibet denn an mir.

c. Epheſ. IV, 23. Erneuert euch im Geiſt eures Gemürthes.

